PRAELECTIONES IN PHILIPPICAM DE PACE

Demosthenis.

ANDREÆ DOVNÆI
Professoris Regij Cantabrigiæ Graci.

Τὸ πειθεῖν χαίρειν ἐ λεπτόν.

LONDINI,
Apud *Iohannem Billium*, Typographum Regium. 1621.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI IACOBO, MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ ET Hiberniæ Regi, Fidei Defensori, &c.

OMnes ferè solent (Rex Sereniſſime) qui munera regibus afferunt, aliquid eximium, &, si res tulerit, nouum seligere. Nam & nouitas ipsa plus habet gratiæ, & præstantissima quæque summis principibus digniſſima sunt. Ego noui nihil habe-

bam in præsentia, Maiestati vestræ quod offerrem. Quis est enim tam auersus a musis, cui non Demosthenes, si minus de facie notus est, saltem a nomine? Illud assequutus sum, ne quis quid melius posset, duntaxat in his literarum studiis, exhibere. Nam præter eloquentiam, quæ confessione omnium summa est in hoc oratore, prudentia non minor elucet in eodem omnium iudicio, qui possunt aliquid iudicare, aut horum quicquam intelligunt. Quanquam nec gratia nouitatis omnino caret hoc nostrum munusculum. Fama enim Demosthenis, quæ seculis omnibus vno omnium ore celebrata est, nostris temporibus nescio quo fato fuit obscurior. non quòd obsolescere tantus splendor vllo modo possit: sed certè iamdiu minus in vsu fuit, &, quod equidem macerorac doleo, pauciſſimis est hic auctor cognitus. Vetera autem tanta præsertim & talia, quæ latuerunt in abscondito, quum interpolantur, & primùm prodeunt

deunt, pro nouis habèntur. Tractamus enim huius oratoris à nemine ante tractata, quod ſciam. adde noſtrum laborem, qui certè recens eſt & grauis, atque hanc operam huic datam, quæ nouo genere forſitan non ingrata videatur. Equidem paraueram duplum huius, quod nunc affero, δεύτερα τῶν ἰσῶν διανοίας καὶ ἀκριβείας, alteramque huic parem adiunctam volui, aut paulo ampliorem. ſed vix hoc quod eſt, tandem aliquando (ſpiſſum enim opus fuit, & Typographis arduum) extrudi potuit: quod non ſum veritus Vobis obtrudere. Talia enim æſtimantur pretio non pondere, & non infacete quidam, μικρὰ βίβλος μικρὸν κακόν. Nihil eſt autem Demoſthenis non περιεργότερον; niſi fortè ego nitorem eius, dum illuſtrare volo, videar obſcuraſſe. certè videri poſſum ad hanc tam exiguam orationem nimis multa fudiſſe. id quod neceſſe erat, dum omnia perſequor, rem Grammaticam, Rhetoricam, hiſtoriam denique, quæ varia & multi-

plex implicita eſt huic oratiunculæ. Eſt vbi tractamus etiam locos ſcholarum more communes. ita ſumma ea fit, quæ τῆς συμμετρίας maior fortaſſe videatur. Vellem igitur me potuiſſe exſoluere, quod pollicitus ſum illuſtriſſimo Buckingamienſi, quem meritò vos ad tantum extuliſtis faſtigium : ego plus illi, quam omnibus debeo Magnatibus. Nunc facio, quod mali debitores, qui fidem aliqua ex parte vt liberent, dimidium eius, quod debent, repræſentant. diem alteri petunt penſioni. Id quidem vſitatum eſt, veſtræq; indulgentiæ proprium, vt Subſidia Primitiæque, quæ Vobis debentur, non ἀθρόως, ſed per interualla ſoluantur. Itaque haſce ego nunc oratorum Principis primitias, præcipuè libatas, ad Principatus & Celſitudinis veſtræ patrocinium confero. cui non tam ars atque induſtria, vt Demoſtheni, ſed ipſa natura incredibilem dicendi facultatem dedit. Nemo vnquam, quod ſæpenumerò vidimus, ad dicendum

dicendum acceſſit, ſiue extempore, ſiue meditatò, paratior. Neq; eſt aliud tam Regium & magnificum, aut in tot præclariſſimis virtutibus veſtris admirabilius. Nam armis domare efferas genteis: vi cogere rebelles in ordinem, ſemper illis regibus honori fuit, qui id facere, cum erat neceſſe, potuerunt. Sed flectere oratione animos hominum: ciueis ſuos placidis, quo libitum eſt, dictis impellere: vnde autem libuit, verbis deducere: impetum concitatæ multitudinis dicendo ſedare, humano propemodùm maius eſt opus. hæc eſt enim illa flexanima & domina rerum eloquentia. hanc inde a Iulio Cæſare omnes deinceps Romani imperatores, vſque ad Neronem, in quo deſita eſt, vt ſcribit Tacitus, coluerunt. Sæpe in Senatu perorabant: ſæpe ad populum magno cum applauſu verba faciebant. Hæc igitur pacis arma, queis vti ſoles libentiùs, ad te potiſſimùm (Rex optime maxime) quo nobis auctore pax diuinitus

diuinitus constituta est, defero. nam & hæc ipsa de pace inscripta, ac pacifica est oratio. Neque multum, vt ego quidē semper iudicaui, vester aberrat a Demosthenis charactere, densis crebrisq; sententiis. purū atq; Atticū genus, vereque vtillius, λέξεως πολιτικῆς, non vt in pleriſque corruptum, vix sophistarum ac declamatorum scholis dignum. Id quod in scriptis euidentiùs cernitur. sed posse eundem & egregiè scribere, nec minus luculentè dicere, paucis admodum contigit. vestra autem eximia in vtraque re facultas, satis superque perspecta est & cognita. Ars rhetorica Aristotelis nuper in fidem atque tutelam se Caroli principis contulit. Tibi Demosthenes ipse erat accommodatior oratorum eloquentissimus disertissimo principum. illic dicendi præcepta traduntur: hic dicitur, sic vt melius a nemine dici possit. illa vmbratilis est doctrina: hic res geritur in sole & puluere. denique hisce, quæ nos collegimus per

multa

multa Aristotelis intexta videas, illustrata a Demosthene, & quæ Demosthenē illustrent. Hunc benignè, quæsumus, vestra clementia excipiat, iacentē excitet, in pristinam auctoritatem apud Academias atque in omni regno reponat. Hic est enim de quo verius dici potest, quod de summo vate Horatius prædicauit, *Qui nil molitur ineptè.* Nam Homerus, quanquam diuino quodam ingenio prędituſ, multorum non effûgit maleuolorum reprehensiones. Demostheni nemo inuentus est vnquam tam liuidus, qui in iis omnibus, quæ scripsit accuratissimè, quicquam vitio daret. Deniq; Aristoteles & Plato, principes Philosophorum non omnibus satisfaciunt: Demosthenis orationibus nemo aliquid perfectius requisiuit. Quid multa? Ciceronis est, vt homini decus ingenium, sic ipsius ingenij lumen eloquentia.

Οφθήμός ὁ ἀκοίμητος διαφυλάττει τὴν ὑμετέραν μεγαλοπρέπειαν εἰς ἀρετήν.

Maiestatis vestræ seruitio
deuotissimus,

ANDRAEAS DOVVNES.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ εἰρήνης λόγου.

Μετεμφθέντι τῶν πολέμων τῶ σφετέρω ἀμφισπόλεως, εἰρήνης ἐπεθύμησαν ὅ,τι Φίλιππος καὶ οἱ ἀθηναῖοι. οἱ μὲ ἀθηναῖοι κακῶς ἐν τῷ πολέμῳ φερόμενοι, ὁ δὲ Φίλιππος βουλόμενος ἀ ὑπῆρχεν θεσσαλοῖς τε καὶ θηβαίοις ὁπλίσαι. ὑπῆρχε δὲ, τοῖς μὲ θηβαίοις ὀρχομενὸν παραδόσθ καὶ κορώνειαν, πόλεις βοιωτίας. ἀμφοτέρους δὲ τὸν φωκικὸν καταλύσθ πόλεμον. τοῦτο δὲ ἦν ἀθηναίοις ἀπῳ πολεμίων ὄντων ἀθηναίων. καὶ γὰρ φεύγειν βουλομένοις εἰσβάλλειν εἰς τὴν φωκίδα, τὴν ἀθηναίων ἀφεσπλευσάντων ταῖς ναυσὶν εἰς τὰς κελεμβρας πύλας, ὑπ' εἶναι δὲ θερμοπύλας, "ἀπεκωλύθη τῆς εἰσόδου. καὶ τούτου εἰρήνην ποιησάμενος φεὶς τὸν ἀθηναίους, μηδενὸς κωλύοντος παρελθὼν εἴσω πυλῶν, τὸ φωκέων ἔθνος διέφθειρε πεπόνκα, καὶ τὴν φωκίδα ἐκ τοῖς ἀμφικλύοις χώρᾳ, καὶ τὰς ἐκείνων ὑπ' τῷ συνεδρείῳ ψήφους παρὰ τὴν ἄλλων ἐλαβε. πέμψας δὲ καὶ φεὶς ἀθηναίους φίλους, ἀξιῶν καὶ αὐτοὺς ταῦτα συγχωρεῖν. καὶ ὁ Δημοσθένης παρῄνει συγχωρεῖν, ὑπὸ τῷ φοβεῖσθαι συνιστάμενος ὡς ὀρθῶς ἔχοντι, ὑπὸ δίκαιον εἶ λόγων μετέχειν ἑλληνικοῦ συνεδρείου τὸν μακεδόνα, ἄλλα διδόναι φάσκων, μὴ καταναλισκόντων κοινὸν πόλεμον φεὶς ἅπαντας τοὺς ἕλληνας ἔχειν. φερεκλεγκώσας γὰρ λέγει τοῖς ἀθηναίοις ἄλλας δι' ἄλλας πρὰξεις αἰτίας. τότε δὲ καιρῷ πολεμούσῃ "αὐτοῖς. διόσμεθα, φησὶ, καιρὸν αἰτίαν ταύτην καθ' ἡμῶν, ὅτι μάλιστα τοῖς τῷ ἀμφικτυόνων εἰσταμένοις δόγμασιν· ὥστε κάλλιον

A τὸν

γρ. ἀπεκρούθη.

γρ. αὐτῶν.

τὴν εἰρήνην ποιεῖν, καὶ ταῦτα, Φιλίππου παραλελυκότος εἴσω πυλῶν, καὶ ἐπιλοιπὸν τῇ ἀπίκῃ δυνάμεϊ, ἃ ἀεὶ μικροῦ τελευτῶν κίνδυνον ἄγοντα. ἔστι δ' ὁ λόγος παρασκευάδη μέν, ἃ μὴν εἰρηδαί μοι δοκεῖ. κατηγορῶν γὰρ ὁ ῥήτωρ αἰρήσει, καὶ τοῦτο μᾶλλον ἄλλο δηλώσει, ὅτι συμβέλευσε Φίλιππον ἀμφικτύονα ἢ ψηφίσασθαι, μᾶλλον δὲ τολμῶντες τοῦτο ἀσκησάσθω μηδὲ φιλοκρίτους τὰ παίτων ἀμαρτάνετε. ἐκ αὖ ἂν αὐτὸς ἀεὶ τότων συμβέλευκε, τὸν αἰχμὴν ἐν αὐτοῖς δίδοσθαι, ἀλλὰ δικαίαν τὴν ὑποθεσιν ἔχειν, μὰ δίκῃ φιλοπαίζειν, καὶ χρήμασιν ὑπὸ βασιλέως πειθῆς, παραύτην γνώμην ἀποφήνασθαι. ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ λόγῳ ἀεὶ τοιαύτην τὴν ὑπόνοιαν ἐσάμενος φαίνεται, συνιστὰς ἑαυτὸν ὡς εὔνουν τῇ πόλει καὶ ἀσυκοφάντητον.

ARGVMENTVM illius de pace Orationis.

CVm bellum Amphipolitanum longius duceretur, pacem tum Philippus, tum Athenienſes expetiuêre: hi quod ægrè ſe ſuſtentarent in bello, & iam viribus ſuis diffiderent: ille quòd cuperet, quæ pollicitus eſt Theſſaliis & Thebanis, perficere. pollicitus autem erat, Thebanis ſcilicet, ſe eis Orchomenum & Coroneam traditurum,

rum, Baotiæ ciuitates: vtrisque bellum Phocense coefecturum. Quod præstare, non antè pacatis Athenienſibus, nullo modo potuit. Nam & anteà, quum tentasset in fines Phocenſium irrumpere, Athenienſibus classe circumuectis ad Pylas, quas alij Thermopylas vocant, omni prohibitus est aditu. Nunc igitur pace cum Athenienſibus composita, penetrauerat intra fauces nemine impediente, populumque Phocenſem sedibus expulſum euerterat. Atque etiam Phocenſium inter Amphictyones locum, ac illorum in illo conſilio ſuffragia, ceterorum aſſenſu Græcorum acceperat. Tum miſſis ad Populum Athenienſem legatis, vt ipſi quoque hæc concederent, poſtulauit. Concedenda cenſet Demoſthenes, non quò rem quaſi rectam & decoram probaret, aut quòd æquum eſſe exiſtimaret, communis Græcorum conſilij participem fieri Macedonem: ſed metu ne cogerentur commune bellum cum omnibus Græcis habere. offendiſſe enim in Athenienſibus ait, alios aliis de

cauſis, & communibus copiis cum eis bellaturos. Belli communem hanc, inquit, contra nos dabimus cauſam, ſi nos ſoli Amphictyonum acta reſcindimus, ſcitiſque eorum obſiſtimus. Quare conſultius eſt, inquit, pacem ſeruare, præſertim cum Philippus intra Pylas euaſerit, & quum velit, Atticam poſſit inuadere, quàm de re tantilla tantum ſubire diſcrimen. Hæc autem oratio parata tantummodo, non habita & pronuntiata nobis videtur. Quippe orator in illa accuſatione Æſchinis, hoc quoque illi inter cætera obijcit, quaſi ſuaſiſſet, Philippum Amphictyonem eſſe decernerent, cum nemo alius auderet huiuſcemodi proferre ſententiam, ne Philocratis quidem os illud impudens. Non igitur ſi ipſe auctor huius conſilij fuiſſet, hoc ipſum Æſchini vitio verteret: ſed pertimuit videlicet ſuſpicionem, ne videretur quaſi cum Philippo facere, regiaque adductus pecunia ſententiam hanc dicere. Nam & in oratione hanc infamiam amoliri nititur, quatenus ſeipſum

ſeipſum commendat vt integrum atque amicum reipub.

ANNOTATIONES in argumentum.

Ὑπὲρ ἀμφιπόλεως) Amphipolis ciuitas eſt Thraciæ, vetus Athenienſiũ colonia. Bellũ ex eo de illa cum Philippo, quod eam maiores eius aliquando tenuiſſent. Thucydides, Βρασίδας ἴσχυεν οὖν ὅτι θρᾴκης ξυμμάχης, ἰσχύσειν ἐς ἀμφίπολιν τῷ ὅτι χρημάτων πορισμῷ, ἀθλιωτέρων ἀπικόμενον· οἱ Ἀθηναῖοι τῷ νικᾶν οἰηθεῖσῃ ἐκπεμφθέντες ἥδιστα ἐξελαύνοντες ἔκπεσεν τὸ χωρίον, ὅσῳ πρότερον ἐπὶ ὀδοὶ ἐκέκτηντο. ἀμφίπολιν δ' Ἀθηναῖοι οἰκίσαντες ἐπὶ ἀμφότερα περιῤῥήγοντος τοῦ χρημάτος, καὶ ὅτι τείχει μακρῷ ἐπλαθεῖν ἐκ ποταμοῦ ἐς ποταμὸν, περιφερῆ ἐς θάλασσάν τε καὶ ἤπειρον ἔκτισαν. Et quod muro longiore interſeptam, tam in mare quàm continentem verſus conſpicuam poſuit. Eadem fere lib. 1. legas. Lib. 4.

τὸν φωκικὸν καταλύσαι πόλεμον) ὃς δεκαέτης ἦν, decenne erat hoc bellum, ſicuti Troianum, ſacrumque eſt appellatum, eo quod pro rebus repetitis Apollinis Delphici geſtum eſt. Cum enim Amphictyones multaſſent grandi pecunia Phocenſes, quam non poſſent exſoluere, quòd coluiſſent agrum Apollini conſecratum, auctor erat Philomelus homo audaciſſimus, templum Apollinis caperent, belloque ſe defenderent. Conſule Æſchinem contra Cteſiphontem. Diodorus autem ſic, ὅτι τῶν Lib. 16.

των ὁ κλεινὸς ἱερὸς πόλεμος συνίστη, καὶ δίμνημοι ἦσαν ἐνταῦθα. Φιλόμηλος γὰρ ὁ φωκεὺς, ἀνὴρ θερμὸς καὶ παρακινδυνος διαφέρων, κατελάβετο μὲν τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν, ἐξέκαυσε δὲ τὸν ἱερὸν πόλεμον διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας, οἱ φωκεῖς ἐφηγασάμενοι πολλῶν τῆς ἱερᾶς χώρας, τὰς ὀνομαζομένας Κιρραίας, δίκας ὑπέσχον ἐν ἀμφικτύοσι, καὶ πολλοῖς ταλάντοις κατεκρίθησαν. ἐκ ἐκτίνοντες δὲ αὐτῶν τὰ ὀφλήματα, οἱ ἱερομνήμονες ἐν ἀμφικτύοσι κατηγόρουν τῶν φωκέων, καὶ τὸ συνέδριον ἔξίσου καθιεροῦσθαι τῶν χώραν τῶν ἀποστερούντων τὸν θεόν. Hieromnemones sunt qui causas ciuitatum agebant apud Amphictyones, ex eo nominati, quod illis memorabant, quæ corrigenda videbantur. Quales sunt apud nos (nam & Amphictyones tractabant res ad religionem Apollinis Delphici pertinenteis) quos sacræ Conuocationis Clericos appellamus. Suidas, ἱερομνήμονες, οἱ πεμπόμενοι εἰς τὸ τῶν ἀμφικτυόνων συνέδριον ἐξ ἑκάστης πόλεως τῶν τῶν Συνεδρίῳ μετεχουσῶν. Melius Hesychius: οἱ πεμπόμενοι εἰς πυλαίαν ἱερογραμματεῖς. Mittebant enim eò ciuitates, ni fallor, quæ ius non habebant τῆς ἀμφικτυονίας, aut ijdem erunt ἱερομνήμονες καὶ πυλαγόροι, quod non videtur. πυλαγόροι γὰρ οἱ φερισῶσι τῆς πυλαίας, qui præsunt conuentui, Hesychius. Hi sunt Amphictyones ipsi. Porro dicti sunt, ἱερομνήμονες, vt dixi, quod eò deferebant querelas, μνήμων enim monitor, non solum memor Vt quidam Achilli comes a matre est additus, qui illum moneret, ne quem filiorum Apollinis occideret. is μνήμων Lycophroni dicitur. Sic & Epicharmus, μισῶ μνήμονα συμπότην. non qui meminisset eorum, quæ dicta sunt in conuiuio, sed qui memoraret alijs, & foras

foras eliminasset, aut quod literis, quæ cum Amphictyonibus agerent vel egissent, consignata habebant: ideoque ἱερογραμματεῖς etiam dicti. Cum in eo res esset, vt ager Phocensium consecraretur, Philomelus cuius summa erat inter suos auctoritas, egit cum eis δίδαξεν, ὡς ἐκπίσαι μὲν ἃ διώκητας τὰ χρήματα, διὰ τὸ μέγεθος τῆς κεφαλίκης. ἀφειρᾶν δ' καθιερωμένων τῶν χώρας, εἰκὸς εἶναι ὑπάρχειν. Itaque ad arma itum est eius impulsu.

Τῶν δ' ἄλλων ἀφεπλευσάντων εἰς τὰς κλιμακίδας πύλας, ἀπικρούσθη τῆς εἰσόδου.) Historia est apud Demosthenem, ὅτι γὰρ τὸ φρόνημα Φωκέας ἐφοβήθησαν ὁ Φίλιππος, καὶ δείσαντα εἶναι αὐτὸν, καὶ τὸν ἐγκόλπιον καὶ στρατηγοῦντα ὑπάρχειν, τοῦτο μὲν ὄντων ἀπάντων ἀνθρώπων ἀδίκων ὄντων ἄλλως, ὅτι βαρβάρους Φωκεῦσι βουθήσαντες, πόλιν ὑμῶν, ἣν ὅπως παραλάβῃ, ἡ διαφθείρῃ, οὐκ ἐκώλυσε τι παραλαβεῖν, δεῖ δὲ φησὶ εἰσελθεῖν ἡμᾶς ἀδικοῦντα. Non dico penetrauit, aut quicquam eorum, quæ cogitauit, effecit, sed ne prope quidem potuit accedere. Refert hoc idem Iustinus his verbis, *Sed Athenienses audito belli euentu, ne in Græciam Philippus transiret, angustias Thermopylarum, pari ratione sicuti antea aduenientibus Persis, occupauere. Sed non simili virtute aut causa.* At non Athenienses occupauere, sed Lacedæmonij quum dux eorum Leonidas cæsus est, cum ccc Spartianis, qua clade insignis est hic locus. Sed fuere cum illis ex alijs ciuitatibus ad mille omnes. Cæterum clarius hoc alibi noster explicat Demosthenes, ἵνα μὲν δίδῃ ἀπαγγελλόντων αὐτῷ, ὅτι μέλλει καὶ παρασκευάζεται πορεύεσθαι, ἐξέλθητε ὑμεῖς, καὶ ἀφεπλεύσαντες τῆς τετάρτης εἰς πύλας ἥκητε

ἀφεὶ τῆς παρὰ π.

Lib. 8.

pro Corona.

ὥσωρ φεύγειν, κλείσειν τὸν παρόδον. i. τὴν διοδον, transitum. Sic apud Strabonem στενὰς, & κιλικίας πύλας, quæ sunt locorum angustiæ. Sed de Thermopylis in oratione dicetur. Liuius Circumuectus inde Brundusij promontorium, περιπλεύσας τὸ ἀκρωτήριον.

Lib. 1. Τὸ τῶν φωκίων ἔθνος αἰάστατον πεποίηκε) sedibus expulit Herodotus, ὁπὶ τότε τυραννεύοντος Σαρδίων, Κιμμέριοι ὑξ ἡθέων ὑπὸ Σκυθέων τῶν νομάδων ἐξεωσασθέντες, ἀπικνέονται ἐς Ασίην, καὶ Σάρδις πλὴν ἀκροπόλιος εἷλον. Cimmerij sedibus pulsi a Scythis nomadibus, venere in Asiam.

Lib. 4. Thucydides, αἰέρσησαν γὰρ οἱ ἀθηναῖοι χυδηρίας. Schol. μετάσησαν, non μετάσησαν, vt editum est. Hoc enim αἰέρσησαν aoriſt. primus, illud ſecundus ἀπὸ τοῦ αἴρω αἴρησαν. Hinc ἡ μετοικεσία βαβυλῶνος est αἰάστασις migratio. Virg. Hæc mea sunt, vete-

Olynth. 11. res migrate coloni. At quod Dem. εἶτα τὴν ἑαυτῶν πατρίδος νομίζειν αἰάστασιν εἶναι, ſignificatione actiua ſubuerſionem accipimus ἐκ τοῦ αἴρω. Quemadmodum Æſchylus Agamemnonem vocat αἰαστῆρα ἰλίου. Idem φρένων ἄλλοσε ἰλίου τ' αἰάστορα

Ad Attic. 1. lib. 16. Cic. *Dymæos agro pulsos, mare infestum habere, nil mirum.* αἰαστεδόντας τῆς χώρας.

Lib. 12. Quod ad nomen verbale attinet, Strabo, τραχῖνος ὅπαντας αἰαστάτους ἐποίησεν εἰς μεσόγαιαν, omneis transtulit. Sed in eo, quod Dem. ait

τὴν παραν. est metonymia, καὶ αἰάστατος αὐτῇ ἡ χώρα γένηται, regio pro incolis, vt Flaccus. Græcia victa ferum victorem cepit, & artes Intulit agresti

trachinijs. Latio. Sophocles, ἡμεῖς μὲ ἐν τραχῖνι τῇδ' αἰαστατοι ξένῳ παρ' ἀνδρὶ ναίομεν. Hercules cum coniuge ob cædem Iphiti Thebis pulsi Trachina cesserunt. Hinc nouum verbum, οἱ τὴν εἰκυρίαν

οἰκυμβάλω ἀναστατώσαντες, .i. ἀνάστατον ποιήσαντες. Act. 17.
Paulus, ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς. Beza, vtinam abscinderentur, qui vos Gal. 5.
inquietant. Vetus, qui vos conturbant. Exponit autem ille, Qui vos sedibus vestris pellunt. Ego, Qui vos de statu vestro deijciunt. Nam pseudoapostoli legem prædicantes, deijcere eos nitebantur de fide quam Euangelium induxit. Illud Actorum Beza vertit, Qui orbis terrarum statum subuerterunt. Harpocration, ἀποσκευάσασθαι, τὸ λεγόμενον ἐκ τῆς βίου ἀναστατῶσαι. Est enim apud Dem. de trapezitis & argentarijs, ἀποσκευάζειν τὴν τράπεζαν, to breake, quos vocamus, banckerupts, Chrysostomus, τοῦτο τὴν οἰκυμβάλου ἀνάστατον ἐποίησε, τοῦτο πάντα ζωώχρει. Quod Lucas vno verbo. Postremò quid sit hic ἀνάστασις, illud prophetæ docet, ἀνάστα καὶ πορεύου, ὅτι οὐκ ἔστι σοι ἀνάπαυσις, cum cap- Mich. 11.
tiuitatem populo denuntiaret. Surgunt enim, suis sedibus relictis, qui migrant.

Καὶ τὴν τῆς φωκέων ἐν ἀμφικτύοσι χώραν) Qui locus præcipuus fuit, habebant enim Phocenses prærogatiuam oraculi, τὴν προμαντείαν, & bina in Amphictyonum conuentu suffragia. Quapropter non dubitabant, inquit idem Diodorus, illud in se decretum Amphictyonum rescindere: αὐτοὶ γὰρ τὸ πάλαι τῶν μαντείων καὶ Δελφοῖς καὶ προεδρίαν ἐκύρωσαν. Quod Homeri testimonio firmabant in Catalogo nauium:

Αὐτὰρ φωκέων ἦρχε Σχεδίος καὶ Ἐπίστροφος υἱέε,
Οἱ Κυπάρισσον ἔχον, Πυθῶνα τε πετρήεσσαν.

Pytho ciuitas est, Delphi ciues. Vt Messanæ in Sicilia ciues non Messenii dicebantur, sed Mamertini. χώρα non est hic regio, sed locus,

vt χ' χώρας μένειν, & ἐᾶν χ' χώραν. Suo loco manere, & loco non mouere. Themistius, ἀεὶ δὲ ἡ χώρα διατίθησι τὰς τιμὰς ἰσταμένους, εἰ ἄρα τις καὶ μᾶλλον ἀ φέτη φρονήσει. Sic etiam Latini loquuntur, Liuius, *Vt tribuni militum a populo seni deni crearentur, quae antea perquam pauci suffragio populi relicti in locis, dictatorum & consulum ferme erant beneficia.* Est igitur χώρα, locus dignitatis, & gradus.

Lib. 4.

Οὐ τῷ πεφύκατι ζωιστάμενος) Cui contrarium est in fine, φεύγει τὴν ταυτὸν ὑπόνοιαν ἱστάμενος. Nam alioqui τὸ ζωίζεσθαι significat coitionem facere, vt κατὰ ζωίσιν ὁ λαὸς ὅλη ἀγορά. σύστασις, coitio, conspiratio. Nonnunquam congressio, vt quod ait Comicus, *Prima coitio est acerrima.* Vnde ἀ συστάδην μάχη.

Exod. 32.

Phormione.

Μετέχειν τῆς ἰλλυρικῆς ζωιδείου τὸν μακεδόνα) Contemptui fuerunt Macedones, quibus ante Alexandrum & Philippum nulla gens humilior. ἐσχάτου εἰς τὸν ἴλλυας, sed in Barbaris habebantur. Hanc indignitatem non hac quidem oratione Demosthenes (hic enim pugnat pro Philippo) sed alia profert, οἱ μὲν ὄντες ἀμφικτύονες φόβῳ καὶ ὀξιολόγως, nempe Phocenses. Hi enim inter eos principatum obtinebant, vt diximus. οἱ δὲ ἐδιπόποτε εἰς τὴν φωκέων χώραν ἐλθόντες, μακεδόνες καὶ βάρβαροι, καὶ ἀμφικτύονες δὴ βιάζονται. Ζωίδειον, consilium, παρὰ τὸν ἕδραν sedem, ἀπὸ τοῦ ἕζεσθαι. Seruius, *Nam & ipsa consilia a sedendo, quasi considia dicta sunt. Sedentium enim animi tranquilliores fiunt.* Vt ὀδυνᾶται Vlysses, δάκρυον, lacryma. Plautus, *Sine iuxta aram sedeam, & dabo meliora consilia*, ἐτυμολογικῶς. Varronis est opinor,

Aneid. 9.

Mostellaria.

Sedendo

Sedendo vincunt Romani. Nam bello Punico II, Senatus rempub. reſtituebat poſt Cannenſem acceptam calamitatem. Parui ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi. Itaque τὸ ξυνέδριον conſilium vertimus, ne cui mirum eſſe videatur, non concilium. Cic. *Videndum ſibi eſſe aliud conſilium, illo ſenatu ſe remp. regere non poſſe.* Certè Senatus eſt συνέδριον. Idem, *O conſeſſum iudicum præclarum: o dignitatem conſilij admirandam: auet animus apud conſilium aliud pro reo dicere.* Satyra Menippea. de Oratore 3 Philip. 5.

Περσκεκρουκέναι γὰρ λέγῃ τοῖς ἀθλιωτοις) Offendiſſe apud Athenienſeis, προσκρούειν, offenſionem alicuius incurrere. M. Tullius, *Temporibus illis, qui populares erant, offendebant illi quidem apud graueis & honeſtos homines: ſed populi iudicijs atque omni ſignificatione florebant.* Significationem vocat τὴν ἐπιστασίαν, ſequitur enim *his in theatro plaudebatur.* Dem. ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες ἀθληωτοὶ, προσκέκρουται ἀνδρὶ πονηρῷ, καὶ φιλαπχθήμονι, καὶ δυοῖν ἐχθροῖν, ὧν πλεονεκτοῦντα προσέκρουσεν ἡ πόλις ἅπα. Ego offenſus ſum homini improbo, atque inimicitiarum appetentem προσκρούειν, in hominem offendere: προσκοπεῖν, in lapidem. pro P. Sextio. contra Timocratem.

ἔστ' ἢ ὁ λόγος παρεσκευάσθη μὲ, ὡς εἰρῆσθαι μοι δοκεῖ) Non aſſentior Libanio, neque credo Demoſthenem ſcripſiſſe orationes, quas abſconderet, aut ſcrinio contineret: neque eiuſmodi ſunt eius ſcripta, quæ lucem reformident. Ex Cicerone apud Hieronymum legimus, *Intemperantis eſſe arbitror, ſcribere quicquam, quod occultari velis.* Et cauſa, quam affert Libanius, nulla eſt. Cum accuſaret, in- ad Ruffinum Acad. 1.

quit Æschinem, hoc ei inter cetera obiecit, suasisse eum, vt Philippus Amphictyon fieret: quod ne Philocrates quidem ausus est promulgare, quamuis esset audacia singulari. Non igitur hoc in alio culparet, quod ipse fecisset. Sed ego nego Demosthenem fecisse idem quod Æschines. Nam si princeps, vt ille fortasse, hoc suasisset, si primus auctor extitisset huius sententiæ, aut alijs id suadentibus suffragatus fuisset: meritò forsitan reprehendendus videretur. Nunc cum rex iam cooptatus esset in collegium, idque omnes fere Græciæ ciuitates assensu suo comprobarent, vnus commune decretum rescindere non debuit, neque id, quod actum erat, infringere: præsertim quum patriæ magnum ex ea re periculum creari videret. Aliud est enim ferre, siquid ferendum est, & probare quod probandum non est. Multa enim ferenda, quæ non probanda, vt etiam in sua rep. Cicero docet, non propter se, sed ne grauius suscipiatur incommodum. Illi vero neque pax vnquam cum Philippo placuit admodum, neque certè scitum hoc Amphictyonicum de Philippo factum voluit. Sed quum vtrumque firmatum esset, neutrum improbare rectum putauit. Neque erat cur eum huius orationis vel habitæ, vel editæ pœniteret. Et Libanius ipse Demosthenem omni culpa liberat, quum ait, ϗ Δημοσθένης παρανεῖ συλλεγῆναι. Aliud est autem aliquid concedere propter aliquam necessitatem, ac primò decernere. At suspicionem acceptæ mercedis veritus est, ϗ δέδιε τὴν φιλαργυρίαν. Quid? hoc illi igitur cum oratio-

famil ep. 6.

nem

nem ſcripſiſſet, & dicturus eſſet, in mentem venit: antequam inciperet ſcribere, non venit? aut palam ſuaſiſſe, famam eius læderet: compoſitam perſuaſionem ediditſe, non læderet. Quanquam neque illa noſtri defenſio prætermittenda eſt etiamſi verum eſſet, quod Libanius ſuſpicatur. Non idem ſemper oratori ſentiendum eſt: aut ſiquid nunc ſecus atque olim dixerit, inconſtantiæ fama metuenda: ſed temporibus, vt res & cauſa poſtulat, ſeruiendum. Nam & Cicero, quum ſibi audiret obiectum, id quod aliquando diceret, ſuperioribus ſuis orationibus haud conſentire, non negat, nec culpam aliquam reformidat, ſed ingenuè fatetur, & clariſſimi oratoris exemplo L. Craſſi illam infamiam depellit. Poſtremò ſi ſcriptionem hanc celatam voluit, quæ ratio fuit ſupprimendi? reſerat ſcriptione non magnopere digna? at grauiſſimam fuiſſe conſtat, in qua magna vtilitas reip. magnum periculum ageretur. an ipſi quod ſcripſerat, diſplicebat? at nihil niſi elaboratum induſtria, perfectum ingenio molitus eſt vnquam. Neque hic ſui diſſimilis eſt, quod res ipſa indicat. Denique ſi tacuit, quod meditatus eſt, cur in lucem edidit: in quo non minor erat, aut etiam maior iactura opinionis? pro Cluentio.

Καὶ μὰ δία φιλιππίζειν) Demoſthenem φιλιππίζειν? quis hoc credat? ante medius fidius ipſe Apollo Pythius φιλίππιστον εἶ: de quo Cicero, *Demoſthenes quidem, qui abhinc annos prope CCC. fuit, iam φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id eſt, quaſi cum Philippo facere* (hinc factiones dicimus) ſic μηδίζειν, ἀττικίζειν, λακωνίζειν, Perſico de diuinat. II.

& Peloponnesiaco bellis. Plutarchus in vita dixit Δημοσθενίζειν pro eo quod est Demosthenem studere.

Πρὸς τοιαύτην τινὰ ὑπόνοιαν ἱστάμενος) Sic loquutus est etiam in alio quodam argumento Libanius, καὶ εἰ φιλοπαίζοντες τὴν ῥητόρων, καταπήχουσι τὸ διοπίδους, καὶ κολάζειν ἀξιοῦσιν αὐτούς. φησὶ δὲ ὁ δημοσθένης δίκῃ τινὰ διοπίδους ἵστασθαι. Chrysostomus in Iohannem: εἰ μὲν φησὶ τὴν ὑπόνοιαν ταύτην ἱστάμενος ἐπαίλαβε. Suspicionem vocat tacitam obiectionem in mente auditoris hærentem. ἵστασθαι φησὶ, resistere, φερόστασθαι, ad scopulum siue obicem adhærescere. Euripides, τὸ γὰρ φιλότιμον γλυκὺ μέν, λυπεῖ δ' προσιστάμενον. Decursus enim honorum, crux est homini ambitioso si inhibetur. Et sunt ἰσοδύναμα multa, quæ colligit Eustathius, αἰτηρόφως λεγόμενα. Vt κνημιαύτης apud Lycophronem, & ἀγελύκτους. Idem enim κνήμη καὶ κνάη, ἀμιλεῖν καὶ ἀγλύζειν. sic φερέπονος & πονηφόρος, ἀπλόκτως καὶ πτοδύτως. Quippe idem ἄπλατα καὶ ἄπτατα.

ἀεὶ τῶν ἐν χρεστήρι.

Iphigenia 1.

in 4. Odyss

Σωισας ἑαυτὸν) συσῶσαι non solum commendare, & per literas ignotum laudare alteri, sed propriè coram adducere in notitiam, & præsentem sistere. Dem. καὶ ἰδίᾳ αὐτὸ συσῶσαι φιλόνδαν, ἐπειδὴ ἀφίκηται ἐκ μακεδονίας ὁ φιλόνδας, ὃν σωίσῃ ἔξει τὴν πατρὸς τὴν ἐμὴν, ἄγων ξύλα τὰ δοθέντα τούτῳ ὑπ' ἐμοῦ τοῦτε; τὸ ναῦλον τῆς ξύλων παρεχεῖν. Amyntas rex Macedonæ Timotheo dederat ligna, quæ deportaturus inde erat Athenas Philondas quidã nauicularius. Hunc Timotheus Pasioni trapezitæ, cui magnam pecuniam debebat, præsentem exhibuit, vt nosceret, & Philondæ iussit, si ligna deportasset,

ad Timotheum.

taſſet, naulum ſoluere. Quod filius Paſionis Apollodorus a Timotheo cum reliqua pecunia repetit. Plato, παῖ, ἔφη, κλεινε χαρμίδη, εἰπὸν ὅτι βέλομαι αὐτὸν ἰατρῷ συγῆναι ἀεὶ τῆς ἀνοίας, ἢ σοφόν με ἐλέγχῃ, ὃν λέγει. Medicus iſte, erat Socrates, cui tradendus fuit Charmides. Cic. *Ob hanc cauſam parens tibi hunc puerum commendauit & tradidit, vt in moribus atque in voluptatibus adoleſcentiam ſuam collocaret?* Cæſar, *Et vna Virdumarus, pari ætate & gratia, ſed genere diſpari, quem Cæſar ab Diuitiaco traditum, ad ſummam dignitatem ex humili loco perduxerat.* Lego produxerat, quod verum eſſe alio loco demonſtrabimus. Curtius, *ab illo traditi ad hunc gradum amicitiæ tuæ aſcendimus.* Horatius ad Claudium Neronem:

Charmide.

pro Cælio.

Bel. Gal. lib. 7. cap. 7.

Lib 7.

Septimius, Claudi, nimirum intelligit vnus
Quanti me facias. nam mercedem & prece cogit,
Scilicet vt tibi ſe laudare & tradere vellem,
Dignum mente domoq; legentis honeſta Neronis,

Epiſt. 9. lib. 1.

Poſtremo concludit epiſtolam hac συχάσι:

Scribe tui gregis hunc, & fortem crede bonumq;.

Et quoniam eiuſmodi commendatio ſiue traditio non fit ſine laudatione aliqua, bene copulauit laudare & tradere. Sed τὸ συγῆναι κυρίως eſt id quod diximus ex Demoſthene, coram ſiſtere ignotum pro bono viro. Non vt Paulus, & receptior vſus, ἀρχόμθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν; ἢ μὴ χρῄζομεν ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν. Sic enim legendum, non εἰ μὴ χρῄζομεν. Beza, aut num indigemus? Epictetus de Socrate, ἤρχετο πρὸς αὐτὸν βουλόμενοι φιλοσόφοις ὑπ' αὐτοῦ συγκαθῆναι· κἀκεῖνος

2. Cor. 4.

κἀκεῖνος ἀπῆγεν αὐτούς. Ille coram adducebat eos, non per literas commendabat. ἀπάγειν interdum adducere, vt ἀπιέναι adire, ἀπολέπειν adspicere.

Καὶ ἀδωροδόκητος) δωροδοκεῖν munera accipere, δῶρα λέγεται. Sed χ in κ mutatur Ionicè. Vt κατοδοκὴν, ἰστοδόκην, ἰοδόκην, pharetra. πανδοκεῖον πανδοκεὺς, ſtabulum, ſtabularius. Sic δωροδόκος, qui munera accipit, ἀδωροδόκητος, integer, nulla largitione corruptus δωροδοκία, nonnunquam non munerum acceptio, ſed ipſa largitio, ſeu corruptela, Diodorus, καὶ γὰρ τοὺς ἐναλλομένους, μίσους ἔχοντας τοὺς συμμάχους ἀξιόπιστα, δωροδοκίας ἴσην τιμὴν ἰσχυρίζου ἔχειν. Et eſt quaſi coniugatio τοῦ ἔχειν, Hiphil aut δωροδοκεῖν, accipere quod des: quomodo dixit Paulus, & dedit dona hominibus: ſecundum Hebræam veritatem, accepit quæ daret ſcilicet.

Lib. 16.

DE-

DEMOSTHENIS
de pace Oratio.

ORationes Demosthenis de Philippo, quæ sunt vndecim, rectè atque ordine sunt pro temporum ratione digestæ. Tres enim Olynthiacæ cum Philippica prima, ante pacem compositam dictæ sunt, dum adhuc bellum inter regem & Athenienseis ἀφ' ἀμφοτέρους gerebatur. Tum pax inita est vtrisque belligerando defatigatis, sed infida & infirma, quæ bellum habere visa est inuolutum. Hanc pacem Demosthenes nunquam probauit, neque eius auctor ineundi fuit. Veruntamen nunc suadet suis ciuibus, quoniam facta est, ne sua culpa,

neu leuiſſima de cauſa temerè eam, cuiuſcuiuſmodi ſit, abrumpant. Itaque hæc oratiuncula, quæ de pace inſcribitur, primæ Philippicæ ſubdita eſt. Quam excipit ſecunda & deinceps ceteræ, quibus orator perfidiam regis arguit, & pacem ab eo violatam eſſe demonſtrat, ne miremur in hac pacis auctorem fuiſſe, qui mox in ſequentibus bellicum canit. Et ſimul hæc interpoſita eſt, quo plus autoritatis fideique eius reliquæ ſuaſiones haberent, qui pacem ab initio, quoad tolerabilis erat, retinendam cenſuit. Nam qui primò hanc ſententiam dixerit, is otium velle non bellum, & inuitus ad arma deſcendiſſe videatur. Hæc breuiſſimè, cur oratiuncula hæc Philippicis inſerta ſit. Harpocration certè quintam ordine inter Philippicas numerat, vt nunc habemus.

Ρῶ μ', ὦ ἄνδρες ἀθλιώτατοι, τὰ παρόντα πράγματα πολλῷ δυσκολίᾳ ἔχοντα καὶ ταραχῇ, καὶ μόνον τῇ πολλὰ φορεῖσθαι, καὶ μηδὲν ἧττον φέρειν οἷοί εἰσι αὐτῇ εὖ λέγειν, ἅμα καὶ τῇ οἷοί τ' ὑπολόπτων μὴ ταῦτα, μηδὲ καθ' ἓν τὸ συμφέρον πάντας ἡγεῖσθαι, ἅμα τοῖς μὲ ὠφελοῦσι, τοῖς δ' ἑτέρως δοκεῖν. δυσκόλως δ' ὄντος φύσει καὶ χαλεποῦ τοῦ βελεύεσθαι, ἵνα πολλῷ χαλεπώτερον ὑμεῖς αὐτὸ πεποιήκατε, ὦ ἄνδρες ἀθλιώτατοι. οἱ μὲν γὰρ ἅπαντες ἀνθρωποι φεύγουσι τὰ πράγματα εἰωθασι χρῆσθαι τῇ βελεύεσθαι· ὑμεῖς δὲ μὴ τὰ πράγματα. ὅτι δὲ τούτων συμβαίνει παρεχε πάντα τὸν χρόνον, ὃν οἶδ' ἐγὼ, τὴν μὲ οἷς αὖ ἁμαρτητὰ ὀπτιμᾶτα, εὐδοκιμεῖν καὶ δοκεῖν εὖ λέγειν· τὰ δὲ πράγματα καὶ περὶ ὧν βελεύεσθαι, ἐκφεύγειν ὑμᾶς. ἐμοὶ μὲν ἅμα καθ' ἕκαστον τούτων οὕτως ἐχόντων, ὅπως καὶ πεπεικώς ἐμαυτὸν αἰσχύνομαι, μὴ ἐθελήσητε τῷ θορυβεῖν καὶ φιλονικεῖν ἀποστῆτε, ἀκοῦσαι, ὡς ὑμῖν πόλεως βελευομένοις καὶ πολιτῶν πραγμάτων φροντίσαι, ἔξεστι καὶ λέγειν καὶ συμβουλεύειν, ὅτι ἂν καὶ τὰ παρόντα ἧττον βελτίω, καὶ τὰ μελλοντα σωθήσεται.

RErum, quas in præsentia tractamus, o ciues, permoleſtam eſſe rationem atque turbatam video, non eo ſolum quod multa de manibus amiſſa ſunt, de quibus nihil attinet, quod in rem ſit, dicere: verumetiam quia de reliquis, quæ ſalua ſunt, non perinde omnes idem ſentientes, ſed alius hoc, alius pro ſuo cuiuſque ingenio atque animo, nullatenus quid rebus conducat atque vtile ſit, docent. Cum autem omnis per ſe ſuaque natura difficilis eſt & moleſta deliberandi ratio, tum vos eam veſtris moribus feciſtis, o ciues, multo difficiliorem. Quippe alij omnes ſolent ante, quam incipiunt conſilium capere: vos autem rebus tranſactis, cum iam non eſt integrum. Ex quo euenit poſt meam totius notitiam temporis, plauſum ei quidem dari, qui veſtra peccata caſtigat: res autem effugere vos, de quibus conſultatis. Veruntamen, quanquam hæc tantis difficultatibus implicata

implicata ſunt, ſpero equidem, ad dicendumque ſurrexi, me ipſe perſuadens, modo velitis ſine tumultu & pertinacia patienter audire, ſicut decet de patria tantiſque rebus diliberanteis, habiturum me quæ dicam & ſuadeam, ex quibus & præſens rerum ſtatus in melius redigatur, & recuperentur quæ prodita ſunt & amiſſa.

NOTAE.

SOlent Oratores initio dicendi, quo maiorem ſibi fauorem concilient, duras parteis ſuas prædicare, & cauſæ, quam agunt demonſtrare difficultatem. Fauent enim omnes atque ſuccurrunt laborantibus, graui defatigatos onere ſubleuant. Tale eſt exordiū Ciceronis pro P. Quinctio, *Quæ res in ciuitate duæ plurimum poſſunt, eæ contra vos ambæ faciunt in hoc tempore, ſumma gratia & eloquentia; quarum alterā C. Aquilli vereor, alteram me tuo. eloquentia Q. Hortenſij ne me dicendo impediat, nonnihil commoueor. Gratia Sexti Næuij ne P. Quinctio noceat, id vero non mediocriter pertimeſco. Neq; hæc tantopere quærenda viderentur, ſumma in illis eſſe, ſi in nobis eſſent ſaltem mediocria. Verum ita ſe res habet, vt ego, qui neque vſu ſatis, & ingenio parum poſſum, cum patrono diſertiſſimo comparer: P. Quinctius, cui tenues opes, nullæ*

facultates, exiguæ ſunt amicorum copiæ, cum aduerſario gratioſiſſimo contendat. Illud quoque accedit incommodum, quod M. Iunius, qui hanc cauſam, Aquilli, aliquoties apud te egit, homo & in alijs cauſis exercitatus, & in hac multum & ſæpe verſatus, hoc tempore abeſt nunc legatione impeditus: & ad me ventum eſt, qui vt ſumma haberem cætera, temporis quidem certè vix habui ſatis, vt rem tantam tot controuerſijs implicatam cognoſcerem. Tale eſt & pro Corona, Demoſthenis proœmium: πολλὰ μὲν ὄν ἔγωγ' ἐλαττώσεις κἀν τουτοισὶ τοῖς ἀγῶσι λέγοιμι. δύο δ', ὦ ἀνδρες αθηναῖοι, κἀμεγάλα. ἓν μὲν ὅτι ὁ σοὶ τὴν ἴσον ἀγωνίζομαι. ὁ δ' ἐξ ἴσου τῶν ἐμοὶ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας διαμαρτῶν, εἰ τοῦτο μὴ ἐλεεῖν τἄλλα χαφλώ. ἓν δ' ἐμοὶ μὲ, ὁ βέλτιστε δ' ἀνδρῶν εἰπεῖν ἐστὶν ἀρχόμενος τοῦ λόγου. ἐᾶν δ' ἐκατέρου σιωπᾶν ἐμὲ κατηγορεῖ. ὕστερον δ', ὁ φύσει πᾶσιν εὐθρόπους ὑπάρχει, τὴν μὲ λοιδορίαν ἢ τὴν κατηγορίαν ἀκούειν ἡδέως. τοῖς ἐπαινεῖσθαι δ' αὐτὸν ἄχθεσθαι. τούτων τἀνω ὁ μὲν ὅτι ὡς ἥδιστα, τοῦτο δίδοται. ὁ δ' πᾶσιν, ὡς ἅπας εἰπεῖν, ἐπίφθονος, λοιπὸν ἐμοί. κἂν μὲ ὀλιγωρήσω τοῦτο, μὴ λέγω τὰ πεπραγμένα ἐμαυτῷ, ἐκ ἔχειν ἀπολύσασθαι τὰ κατηγορημένα δόξω, δεῖ ἐξ ὧν ἀξιῶ τιμᾶσθαι, δήκνυσθαι. εἰ δ' ἐγὼ ἐκ πεποίηκα κὐπελύτευσα βαδίζω, πολλάκις λέγειν ἀναγκασθήσομαι αὐτὸν ἐμαυτοῦ. Sic viſum eſt primam Ciceronis, neque eam optimam, cum poſtrema fere Demoſthenis, quam habuit, ſed præſtantiſſima comparare. Hæc incommodorum commemoratio, κὐ ἐλαττωμάτων ἀπαρίθμησις, mirificè ſtudium in nos auditorum excitat. Nec non Iſocrates idem fecit in ſua quoque αὐτὸν εἰρήνης. ἅπασι δὲ δοκεῖ εἶναι, ὅτι μᾶλλον ἥδεται τοῖς παρακελεύσεσιν ὑμῖν ὅτι τὸν πόλεμον,

μεν, ἀ τοῖς ἀεὶ τὰς εἰρήνας συμβαλλόυσιν. His enim meliore conditione aduerſarios ſuos eſſe oſtendit. Neque hoc ſolum ſummi rhetores faciunt, ſed Lyſias quoque in principio de bonis Ariſtophanis, αἰτήσομαι δ' ὑμᾶς δίκαια καὶ ῥάδια χαρίσασθαι, ἀκοὺσαι, ὥσπερ τῷ κατηγόρῳ. ἀσέβημα γὰρ τὸν ἀπολογούμενον, καὶ ἐξ ἴσου ἀκροᾶσθαι, ἅπαντον ἔχθρ. οἱ μὲ γὰρ ἐν πολλῷ φόβῳ ὄντες ἀδικλεύοντες, αὐτοὶ αἰεὶ κινδύνῳ ὄντες, τῷ κατηγορίᾳ ἐπιτίσαντο, ὑμεῖς δ' ἀγωνιζόμεθα μὴ δίκης, καὶ διαβολῆς, καὶ κινδύνῳ μεγίστου. εἰκὸς ὦν ὑμᾶς εὔνοιαν πλείω ἔχειν τοῖς ἀπολογουμένοις. Nos cauſam dicimus cum timore & criminatione, & magno periculo. Quare æquum eſt maiorem nobis impartire vos beneuolentiam. Sic Salluſtius quoque exorſus eſt ad Cæſarem, *Scio ego quam difficile atque aſperum factu ſit, conſilium dare regi, aut imperatori, poſtremò cuiquam mortali, cuius opes in excelſo ſunt. Quippe cum & illis conſultorum copiæ adſint, neque de futuro quiſquam ſatis callidus ſatisque prudens ſit. Quinetiam ſæpe praua magis, quam bona conſilia proſpere eueniunt, quia pleraſque res fortuna ex libidine ſua agitat.* Et Cato, quum legem ſumptuariam ſuadebat, ſic exorſus eſt. *Scio mihi negotium eſſe cum ventre, qui non habet aures.*

de conſtituenda rep.

auctor Gellius.

Ορῶ) Iuſti cuiuſque exordij partes ſunt quatuor, vt docet Hermogenes, προοίμιον, κατασκευὴ, ἀξίωσις, βάσις, quas hic ordine omneis reperiemus. ὁρῶ τὰ παρόντα πράγματα πολλῷ δυσκολίᾳ ἔχοντα καὶ παρεχλῶ) ἡ μὲν προοίμιον προοίμιον, cui vice τῆς κατασκευῆς adiuncta eſt duplex ἀπολογία, (quam Ariſtoteles διήγησιν vocat, & διπλόην τὴν αἰτίαν) ἡ μὲν τῷ, ὑμᾶς καὶ τῷ. δυσκόλων δ' ὄντων φύσει καὶ χαλεπῶς)

εἰς τὴν ἀεὶ εὐρέσιν.

λεγῶ)ἐνιότε φθόνος. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἀδεῶς πάνυ] καταφανῶς. ἂν ἐμβάλωσι τῷ διαβολεῖν καὶ φλυαρεῖν ἀπροσωπόλυπτε, ἀκόσεσι) ἀξίωσις, quum quid velimus ac fieri postulemus, ostenditur. Vt Ciceronis illa postulatio pro Quinctio, *Quæ quo plura sunt C. Aquilli, eo te, & hos qui tibi consilio adsunt, meliori mente nostra verba audire oportebit, vt multis incommodis veritas debilitata, tandem æquitate talium virorum recreetur.* ἔσην ἔχειν καὶ λέγειν καὶ συμβουλεύειν, δι' ἂν καὶ τὰ παρόντα ἧττον βλάπτοι, καὶ τὰ ἀφανισθέντα σωθήσεται] βάσις quasi pes exordij, aut gradus atque aditus ad reliquam orationem.

Πολλὴ χαριεντίζεσθαι ὑμεῖς αὐτὸ παρανόμως) παῤῥησία, quam Hermogenes πραχύτητα, Cornificius licentiam appellat. *Licentia est*, inquit, *quum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen aliquid pro iure nostro dicimus, quod eos minimè offendat, aut quos ij diligunt, cum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur.* Vt nunc iusta & libera est hæc reprehensio Demosthenis, sed non nimis acerba. At huius propositionis confirmatio plus habet acerbitatis. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἀδεῶς πάνυ) Sed ea quoque modificatione quadam mitigata est. Nam si ita dixisset, Vos deliberandi rationem vestra prauitate fecistis impediriorem, aut, Cæteri mortales antequam agunt, deliberant: vos post factum, tam estis præposteri, nimis fuisset asperè dictum, ne dicam ὀξυχόως: Nunc & modicæ sunt eius reprehensiones & breues. Non vt in sua de pace Isocrates, λίαν κολακευτικῶς per totum fere exordium pranam consuetudinem Athenienſium

ad Herennium.

atque

atque iniquitatem in audiendis concionatoribus insectatur, qui compositos adulationi libenter audirent, eos autem aversarentur, qui saluberrima monebant. At Demosthenes, nunquam ille quidem pernicioſus assentator populi fuit, quem δημαγωγὸν & δημοκόπον vocant: contraque acris obiurgator sæpenumerò: quod grauitatis est, magnaque cum autoritate apud suos fuisse declarat. Non est enim personæ leuis populum vniuersum obiurgare. Mirum fortasse videatur, hoc illum fecisse in exordio, quod alliciendis voluntatibus destinatum est. Sed sensum tuo. um ciuium pulchrè calluit. Nouit quid illis placeret, vel offenderet, & quatenus. Porro τὸ πρόχειρον τῆς λέξεως, Chrysostomus ad Paulinas epistolas, ἐπιτριπλοῦς dicit, vt quũ Apostolus ait πρὸς ὑμᾶς λέγω. Omnis enim grauis reprehensio pudorem incutit.

δυσκολίαν) Athenæus, φιλοπαίδης ὁ ἀλκαῖος, φαμενολακεῖναν ἢ παρθενὸν φησί. κυρίως δὲ ὁ πίλαξ ἐπὶ τῶν τότε κεῖται. πόλον γὰρ ἔλεγον. ἔστιν ὁ βουκόλος, armentarius, ἢ ὁ δύσκολος, ὃς ἐστὶ δυσάρεστος ἢ στυγνός. Quo nomine ægrum nos dicimus, eo quod ægris difficile est placere, præsertim in cibis. φαμὶς buccea. εὔκολος facilis: Suetonius, *indifferens circa cibos* ἐυμελαγκὺς, εὐκολία facilitas, æquanimitas. δυσκολία morositas. Tertullianus, *Nonne manifestè Diabolus morositatem Iudaicæ legis imitatus est.* Sic vocat accuratam illam descriptionem instrumenti veteris atque anxias obseruationes Legis. Lex enim posita est populo duræ ceruicis, inquit Augustinus: & ingum fuit, teste Petro, quod neque ipsi, neque

Lib. vj.

de præscriptionibus aduersus hæreticos.

Act. xi. neque patres eorum ferre potuerunt. Atque in his quæ nunc ſcribimus, forſitan multa moroſitas ineſt. Sanè quidem ad grammaticas minutias ſic deſcendere, dum ſtudemus prodeſſe ſtudioſis, πολλὴ ἔχει δυσκολίαν. M. Tullius, *At ſunt moroſi, & anxij, & iracundi, & difficiles ſenes, ſi quærimus etiam auari. Sed hæc morum vitia ſunt non ſenectutis.* Idem, *In liberis vero populis, & in iuris æquabilitate exercenda eſt facilitas, & altitudo animi quæ dicitur, ne ſi traſcamur aut intempeſtiuè accedentibus, aut impudenter rogantibus, in moroſitatem inutilem & odioſam incidamus.* Moroſitas, δυσκολία, facilitas, εὐκολία. Terentius, *Inepta lenitas patris, & facilitas prauа.* Liuius, *Nunc patres comes, & ſenes faciles de alieno imperio ſpreto, tanquam rei paruæ, diſcipline militaris euerſæ iuuentuti gratiam facere.* Ariſtophanes de Sophocle: ὁ δ' εὐκολος μὲν ἐν δράμασι εὔκολος δ' ἐκεῖ. Hic & apud inferos. Cic. *Faciliorque erit vt niuem albam eſſe probet, quam erat Anaxagoras, qui id non modo ita eſſe negabat, ſed ſibi, quia ſciret aquam nigram eſſe, vnde illa concreta eſſet, albam ipſam eſſe ne videri quidem.* δυσκολώτερος ἴσως. apud Petrum vetus interp. *Famuli ſubditi eſtote in omni timore dominis, non ſolum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis.* Nunc habemus in Græco, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς. Videtur legiſſe δυσκόλοις. Nam & parua mutatio eſt: & moroſitas vitium eſt dominorum non minus quam ſenum. præterea Græca verba aut Hebræa retinere, quum ſatis commodè non poſſunt exprimi, ſolemne eſt interpretibus. Sed Græcum pro Græco reddere, opinor, nouum. Dem. οἷς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων εἰκότως

de ſenectute.

de Offic. 1.

Adelphis.

Lib. viij. in Ranis.

Acad. iiij.

1. Pet. ij.

κότως δύσκολος καὶ δύστροπος εἰμί τις ἀνθρωπος. Hic ad verbum morosus eſt. Plato, ἀνθρωπος δύσκολον θρέμμα, καὶ χαλεπὸν κτῆμα. Cic. *Magis adeo id facilitate, quam alia vlla culpa mea contigit,* δυσκολία. Philip. ij. de Oratore ii

Οὐ μόνον τὸ πολλὰ ἀφεῖσθαι) ἀφίημι, ἄσω, ἀφεῖκα, paſſ. ἀφεῖμαι. infinit. ἀφεῖσθαι παρακελεύσμασος. ἀφίεσθαι καὶ ἀφεῖσθαι declarant vel negligentia vel proditione amittere. Cæſar. *Cohortati inter ſe, ne ſperatam prædam è manibus dimitterent.* παρακελευσάμενοι ἀλλήλοις τὴν ἐλπιζομένην ἁρπαγὴν μὴ ἀφεῖσθαι. quanquam hoc ſæpius Latini dicunt de manibus amittere. Terentius, *Nunc amitte quæſo hunc* Donatus. hoc quod nos dicimus dimitte, antiqui etiam dicebant, amitte. Salluſtius, *pactione amiſſo publico legato,* pro dimiſſo. B. Hieronymus, *Melius eſt amittere, quod velimus nolimus, aliquando periturum eſt. Melius eſt ſponte dimittere, quam id amittere, pro quo omnia dimittenda ſunt.* Dionyſius Hal. εἰς ἅπαντα γὰρ ταῦτα τοῖς διαμάρτοις ἀφορμὰς, ἐδίνα τὴν ὑπάρχον τὰ ἑαυτῆ χρήματα ἀφήσεσθαι. Pollux, ὁ ψυχὴν αὐ ἀργυρίου ἀφίμενος. Qui vel animam pecunia addiceret. ὁ ἄδορος ἀφορμὰς eſt, qui nihil habet a patre relictum, vnde rem faciant. Et hi coguntur pecuniam, quæ eſt ἀφορμὴ, fœnore alicunde accipere, quam augeant. Hoc igitur verbum & de ijs dicitur, qui facilè credunt pecuniam. credere enim eſt committere. Cui contrarium ἀφέχεσθαι, complexu tenere. M. Tullius, *Illud erat genus hominum horribile & pertimiſcendum, qui tanto amore ſuas poſſeſſiones complexi tenebant, vt ab his membra diuelli citius ac diſtrahi poſſe crederes.* Sic ad Lib. vi. in Phormione Contra Ruffinum. Lib. v. pro P. Sulla.

Atticum: *Ita ſum complexus otium, vt ab eo diuelli non queam.* Eupolis apud Pollucem, ἐὰν χρηστὸν πώποτε ἐπαφῶμεν τῷδε εἰδὲ; δοῦναι αὐτῷ ἀμφορέα, ἢ χρυσίον μεταδῶναι τινί. Scribit Phi-
Ethicorum iv. loſophus liberalem, φιλοχρήματον δὴ χρυσίον. μικροῦ: eſt ſordidus. Pro auaro non ſæpe apud Græcos poſitum inuenies, vt hic. Greg. Naz. δεῖ μὲ φιλῆσαι τὸν χαρέντα, ἢ πάλιν τυχεῖν ἐμόχθησεν. Ex hoc & Latinum verbum promitto. Nam qui promiſit aliquid, non poteſt reuocare promiſſum. Neſcit vox miſſa reuerti.

Καὶ μυδὲν δὴ φεύγειν φύσει αὐτῇ ἐν λέγῃ) Cic. *Neque enim attinet repugnare naturæ.* ἐδὲν δεῖ φεύγειν μάχεσθαι τῇ φύσει. Sic hunc locum interpretati ſumus. Dem. in epiſtola quadam, τὸν φθόνον ἀνθρώπους, φησὶν ὃν οὐδεὶς ἐδὲ φεύγειν πάλαι λέγῃ. Hoc veriſſimum eſſe, vtinam non nemo, ne dicam meipſum, non eſſet expertus. vt recte φθόνον ἄμαχον Euripides dixiſſe videatur. Legant, qui volunt Ciceronis pro Cluentio. Nam & Cluentium non verum aliquod crimen, ſed inueterata inuidia atque infamia premebat, quam Cicero ſic deprecatur, *Etenim ſicut aliis in locis parum firmamenti, & parum virium veritas habet: ſic in hoc loco falſa inuidia imbecilla eſſe debet. Dominetur in comitiis, iaceat in iudicijs. Valeat in opinionibus & ſermonibus imperitorum: ab ingenijs prudentium repudietur. Clementeis habeat repentinos impetus: ſpatio interpoſito, & cauſa cognita conſentiat: denique illa definitio iudiciorum æquorum, quæ nobis a maioribus tradita eſt, retineatur, vt in iudicijs & ſine inuidia culpa plectatur. & ſine culpa inuidia ponatur.* Hanc homines innocentiſſimi

centiſſimi vitare non potuerunt. Nam noſtrum quoque Demoſthenem inuidia falſa auri, quod attulit Athenas Harpalus quæſtor Alexandri, iudiciumque iniquum Areopagitarum perculit, in quæſtione, *Quo illud aurum peruenerat*, vt Cluentium inuidia iudicij Iuniani Hic autem φθόνος atque inuidia eſt μίμψις vt quodam in loco Scholiaſtes Thucydidis exponit. Hanc Homerus νέμεσιν, quam Euſtathius δικαίαν μέμψιν interpretatur. Sophocles, τῷ λόγου σῇ ἀ χρὴ φθόνον γνώμαι προσεῖναι ζῆν ὅτῳ φρόντωρ φανῇ. Schol. μέμψιν. Ariſt. ἐπὶ δὲ ὀξὶ τῶν μᾶλλον ἢ ἧττον, τὸ δοκεῖν δεῖ σοφὸς, ἢ δεῖ κὴ μὴ δοκεῖν. Lucianus, ἢ ὡδὶ ἴσον τοῦτο εἰς τὰ ἄγχιστα πατρικὰς· ἀγείτας, i polenta Græci victitabant vt pulte Romani. ἢ ἧττον ſic dicitur vt ἢ ὡδὶ. τετίσθαι ὑπὲρ ἧττον, κὴ ὑπὲρ ὡδὶ. vel ἢ εἰς ἧττον, quod pro re vel in rem facit. Heſiodus,

Elench. cap. 1.
lib. ii.
Trachinijs.

Ἠὼς ἣ προφέρει μὲ ὡδὶ, προσέρει ἣ κὴ ἧττον. Lib. ij.

Aurora confert ad iter, confert ad opus faciundum. Nam hic ἢ poni videtur ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ, vt προέχειν apud Oratores per metalepſin eſt ὑπερέχειν. ὑπὲρ enim tam ἢ ſignificat, quod nos dicimus, for, quam ſuper. τὸ γὰρ συμπροέχειν eſt ὑπερμαχεῖν, & προκινδυνεύειν, ὑπερκινδυνεύειν. at ὑπερέχειν eſt excellere. Idem ergo τὸ προέχειν. Hæc eſt μετάληψις. Apud Herodotum legimus, ἀ ἀφ' ἧ προέχει τετίσθαι μεμνῆσθαι. i. horum meminiſſe ἐκ ἔχει ἢ ἢ ἧττον. Hic προέχειν eſt πεφέρειν. Nam ſæpe apud eundem ἔχειν κὴ φέρειν vſurpantur pro eo quod eſt aliquò pertinere, vt τὸ μὲ ἐς τὸν Ἀμφίτεα φέρον. Et mox, τὸ μὲ ἐς τὸν Ἀμφίτεα ἔχον. Sic neceſſe habemus, more nutricum minima manſa in os inſerere par-

lib. ix.

vulis, vt auis Homerica, κακῶς δέ τε οἱ πόλιν αὐτὴν. Ariſt. percallidum genus eſt criminationis, inquit, πολλὰ ἀγαθὰ προδίντα, ὃ εἰς τὸ πρᾶγμα προφέρει, ἢ ψέξαι. Pluribus præpoſitis laudibilibus, vnum vituperare. quod potius eſt, aut quod plus rei fert (id eſt enim refert Verrio vt Feſtus) πλεονεκτεῖ ὃ τοιχνικώτατος καὶ ἀδικώτατος. Cic. *Cum in Africam veniſſem, nihil mihi potius fuit, quam vt Maſſaniſſam conuenirem.* Gaza vertit, ἐμοὶ ἦν μοι προχειρότερον. Thucydides, εἰ ἄρα πλέον τι καὶ ὀλίγον προφέροι. Scholiaſtes, ὑπερφέρειν, quod eſt ὑπερίσχειν καὶ περιέχειν. Ælianus, καὶ τῷ ὄγκῳ ὑπερφέρειν καὶ τῷ πόλει. Theocritus,

Ὅσσον παρθενικὰ περφέρει τεσσάκοντα γυναικῶν.

Quantum virgo præcellit ter nouies mulieri.

μᾶλλον καὶ ἐν τῷ συμφέροντι πάσαις ἡγεῖσθαι) Reddere ſolemus hoc verbi, Ducere, ſed modo ſignificat, Suadere. Proprie præire. Qui ſuadet enim, quaſi præit ſua ſententia cæteris. Euripides, Λύκιος εἷς τῶν πάντες ἡγεῖται λέγος. Hic quartum regit caſum alio ſenſu. Dionyſius Hal. παρέσχετο τῷ ἀθλιωτάτῃ πόλει χρεῶν ἀποκοπὴν τῶν ὑπόρρησις ψηφισαμένῳ, Σολώνος φρεσκαθηκαμένου, καὶ ἐδίνα τῇ πόλει τῶν πολιτεύματος τοῦδε ὀπτῆρα, ἐδὲ τὸν ἡγησόμενον αὐτὸ δημοκόπον καὶ πονηρὸν κλῆσιν. Exhibuit ciuitatem Athenienſium, quæ nouas tabulas egentibus Solone auctore decreuit. Neque quiſquam inuentus eſt, qui conſilium hoc in rep. vitio ciuitati verteret, aut qui id ſuaderet, improbè popularem vocaret. At ſæpius cum genitiuo, vt idem hic auctor paulo ante, ἐμοῦ ὃ ταύτης ἡγεμόνος τῆς γνώμης μᾶλλον ἐδήλωσεν. Sed vſitatius dicunt εἰσηγεῖσθαι νόμον ἢ γνώμην.

Iliados ix.

Rhet. iii. cap. xiii.

in ſomnio.

Lib. i.

γράμμω. Plato, προσῆκον μὴ ὀκνῶς εἰσηγεῖν, εἰσηγούμενος τῆς τῶν πολλῶν δόξης δεῖν ὑμᾶς προτίζειν, καὶ τοῦ δικαίου καὶ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, καὶ τοῦ ἀναγκαίου. τὸ εἰσηγεῖσθαι, Cicero quodam in loco dicit, in rem quamque honeſtam atq; vtilem inducere. Chryſoſtomus, καὶ προῆκον μὲ παραδίδωμι ἑαυτὸν, ἵνα ἐν τὸν πλησίον τῇ ἀγάπῃ, καὶ ἵνα τὸν ἀνθρώπινον Παῦλον, τῇ τιμῇ δηλῶν προηγούμενον, ὑπερέχοντας ἑαυτοῦ τοὺς πέλας ἡγεῖσθαι, duos coniungit locos Apoſtoli, quorum alter explicat alterum, Phil. ii. v. iii. & Rom. xii. v. xi. Hic enim προηγεῖσθαι non eſt præire, vt vulgo redditur, ſed ſuo iudicio anteferre alios, atque honore priores putare: illic ἡγεῖσθαι ducere, æſtimare, eiuſdem vtrumque ſententiæ: & eſt poſterius interpretatio prioris, id quod etiam caſus docet. τὸ γὰρ προηγεῖσθαι præcedere gignendi vel dandi caſum poſtulat. Critone. in Geneſim Ser. iv.

Ἔτι πολλῷ χθιζότερον ὑμεῖς αὐτὸ ποιοῦσι) Scholiaſtes ad Electram Sophoclis, αἰτὶ τοῦ ἀκμαῖον τὸ ἴτι παρὰ τοῖς κοινοῖς. οἷον ἴτι νέος εἶ. He is yet yong: noſtrum enim a Græco eſt reciproce. καὶ ἴτι ποιῶ τόδε. λέγεται δὲ καὶ αἰτὶ τοῦ δεῖ τόδε. vel potius αἰτὶ τοῦ πρὸς τόδε. ſic enim dicunt, ἴτι δὲ πρὸς τόδε, quæ ſignificatio eſt huius loci. Quod ait αἰτὶ τοῦ ἀκμαῖον παρὰ τοῖς κοινοῖς. i. vulgaribus, videtur confirmare illorum opinionem, qui negant Iſocratis eſſe Athenienſis illam παραίνεσιν ad Demonicum, ſed neſcio cuius Appolloniatæ rhetoris, quia videlicet in ea ſcriptum eſt, καὶ σὺ μὲν ἀκμαῖον φιλοσοφεῖς, & tu quidem cum maxime philoſopharis, vt & illud Euangelij, καὶ ὑμεῖς ἀκμαῖον ἀσυνέτοι ἐστε. Vos etiam adhuc inſipientes eſtis? quod eſt ἴτι, yet, ex Matthæi. Græco

Græco per anagrammatiſmum. Hoc frequens eſt apud Polybium, quod Caſaubonus ex Seneca cum maxime vertit. Sed falſum eſt, quod hic ſcholiaſtes ait, hunc vſum eſſe tantum περὶ τοῖς κοινοῖς, niſi ſi Xenophon eſt habendus,

ἀπὸ κοινοῦ. γ. ἐπὶ τοῖς κοινοῖς, cuius hoc eſt, τὰ μὲν σκευοφόρα πρὸ ἐκλείων, καὶ ὁ ὄχλος ἀκμὴν διέβαινεν, impedimenta Græcorum, & turba adhuc erat in traijciendo. Quamobrem vſus eſt verbo τῷ παρελθεῖν χρόνῳ. Quod tempus durante m adhuc actionem notat. παρελθεῖν enim extendere & continuare. Valeant igitur, qui illam luculentam orationem abiudicant Iſocrate, ducti tam tenui coniectura, quæ etiam falſa eſt. Etiamnum, ἔτι καὶ νῦν. quod hoc Ciceronis docet, Illud

Attic. ij. quid ſit, ſcire cupio, quod iacit obſcurè iam etiam, & eſt ij. ſignificationis. Donatus, *Etiam*

in Hecyram. *adverbium eſt vel conſentientis, vel reminiſcentis. Sed hoc magis.* Sic Cic. *Etiam quod pene prætervi.* Eſt igitur vocula hæc ἰμώνυμος. Cic de geographia etiam atque etiam deliberabimus, ἔτι καὶ ἔτι.

ad Atticum ij. Pollicitus fuerat Attico ſuo ſe ſcripturum aliquid de ſitu terrarum. Sed quia res erat, quæ non poſſet αὐτοσχεδιάζειν, diu cunctatus eſt, & tandem omiſit, vt ipſe ait.

Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι σοφισταὶ ἀνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῇ βουλεύσει) Hæc eadem

cont. Cat. habentur totidem verbis Philippica iv. Saluſtius, *Sed diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis an virtute animi res militaris magis procederet. Nam & prius quam incipias conſulto, & vbi conſulueris maturè facto opus eſt.* Hinc nos vertimus πρὸ τῶν πραγμάτων, ante quam incipiunt. ὑμεῖς δὲ μὴ τὰ πράγματα. ſi facta conſilijs

conſilijs poſteriora ſunt, ordine, abſurdum eſt poſt facta conſilium capere. Quod enim factum eſt, infectum fieri non poteſt. Et ne agendi quidem hoc tempus eſt nedum conſulendi. Bene enim apud Platonem Crito, ἀγὲ βελεύου. μᾶλλον ἢ ἀδὲ βελεύεσθαι ἐπὶ ὥρᾳ, ἀγὲ βεβελεῦσθαι. Hic τὸ ἐπὶ ſignificat *in tumulo*. Thucydides, ἰόντες τι οἱ ἄνθρωποι εἰς τὸν πολέμιον, τῆδ' ἴρηνι ἀφίστηση ἴχοντα, ἃ χρὴ ὕστερον δρᾶν. καταπαυσιῶντες ἢ ἤδη, τῆδ' λόγων ἅπτονται. Hæc Thucydides, quæ videtur Demoſthenes, vt multa huius auctoris imitatus. Lib. 1.

ἐκ ἢ τούτε συμβαίνει) Bene τὰ σύμβουλα τῆς ἀβελίας addit, vt moneat errorum, & diligentiores faciat ad melius poſtea conſulendum.

τὸν μὲ οἷς αὐ ἀμαρτητε, ὀλιγωρίαν) Vlpianus in Olynth iij τὸ μὲ ὄκνειν καὶ λογισμὸν πάντ' βάδιον. τὸ ἢ ὀλιγωρεῖν, ὅταν ὀξὺ ὀξὺ καθεστῶτος, καὶ τὸ συμφέρον ὅτι τιμᾶ τῆδ' ἀκούοντων λέγοντος, ἢ παντὸς ὀξὺ. docet hic verbi notationem, ἢ γὰ ὀλιγώρησις ἐκ ἐφ' ὕβρει γίνεται τῆδ' ἀκούοντων ἀλ' ὅτι τῇ τιμῇ. Itaque eam Paulus appellat ὀλιγωρίαν, cui contraria eſt ἡ ἀτιμία. ἐκδικον τὰ τοιάτῳ ἡ ὀλιγωρία, ὡ τε ἡ ὕστερ' τῆδ' πλειόνων. Sufficit eiuſmodi obiurgatio hæc à pluribus. ſed pœnam hic potius notat. Hermogenes certè pro pœna poſuit, εἰ καὶ ὑπῆρχε, ἀγὰ ἰδίᾳ ἴχοσά γε τὰς παραιτήσεις ταύτης ὀλιγωρίαν, μὰ ὁμοίαν ἢ τῆς ἐλευθέρας, μᾶλλ' τῆδ' αὐτῆδ' ἀξιοῦσθαι. Sapientiæ iij. οἱ ἢ σοφοὶ κατὰ ἐλογίσαντο, ἔξειν ὀλιγωρίαν. Eſt & obiurgatio pœna quædam. pro quo Dem. τὰ ὀλιγώρα, καὶ τὸ ὀλιγώρον. τὸ ὀλιγωρίαν, ſtatum incolumem dignitatis. 2. Cor. ij. vltimo cap.

ἀνδοκιμεῖν) Bene audire, plauſum referre poſt

diſertam orationem habitam, aut rem bene geſtam, quod etiam εὐημερεῖν dicitur. Plato, de rep. 1. ἀμφὶ τὸ τῦ Θεμιστοκλέους εὖ ἴχει, ὃς τῷ Σεριφίῳ λοιδ. ῥαμβῳ κ) λέγοντι, ὅτι ἐ δι' αὐτὸν, ἀμφὶ διὰ τὴν τῶν ἀνδρειμοῖ, ἀπικρίνατο, ὅτι ἐτ' ἂν αὐτὸς Σεριφιος ἦν ὑμέτερος ἐγένετο, ἔτ' ἐκεῖνος Ἀθηναῖος. Cic. vertit, de ſenectute. *Vt Themiſtocles fertur Seriphio cuidam in iurgo reſpondiſſe, cum ille dixiſſet, non illum ſuæ, ſed patriæ gloria ſplendorem aſſequutum, nec hercle, inquit, ſi ego Seriphius eſſem, nobilis, nec ſi tu Athenienſis, clarus vnquam fuiſſes.* Vertit διὰ τὴν πόλιν ἀνδρειμῶν, patriæ gloria ſplendorem aſſequi. Ineſt etiam gloria in ſignificatione verbi. ἀπὸ τῦ ἄνδρειν, vnde ἀνδρεία, ἀνδρειμὸς, ἀνδρειμὴς, probus, bene probatus. Itaque addit noſter ἐξηγητικῶς, κ) ἀνδρειν εὖ λέγει. Præterea Cicero vertit ὑμέτερος, nobilis, clarus autem eſt ἀνδρειμος. Porro legiſſe apud Platonem videtur, τῷ Σεριφίῳ. Sed potius dicendum fuit Σεριφίῳ τῷ Seriphio cuipiam.

ἐ μὲν καθ' ἑτέρων ἅτινας ἰχόντων, οἶμαι κ) πανικὸς ἀμηχανῶν αἰσχυνῶ) Seipſum concluſit in anguſtias, vt ſi inde ſe poſſet expedire, & exitum inuenire, admirabilior videretur, quod hic pollicetur. Talis eſt clauſula exordij pro Corona, πειρήσομαι δ' ἐν ὡς μετριώτατα τῦτο ποιῶν. Sic & Iſocrates in illa de pace, quam memoruimus, ἐγὼ μ, οἶδα μὲν ὅτι πρόσωπός ἐστιν ἀνεπιτήδειος ταῖς ὑμετέραις ἐπιθυμίαις, ὅμως δ κ) τὸναντίον ὑπολαμβάνοντων ἐκ ἂν ἀποστείλω ὧν διανοοῦμαι. Equidem ſcio quam ſit arduum veſtris aduerſari cupiditatibus. Sed quamuis ita ſit a propoſito non deſiſtam.

οἶμαι) moratum. τὸ γὰ ἐνδοιαστῶς λέγειν, ἀνδρεῖον ποιεῖ

ποιεῖ τὸν λόγον, inquit Hermogenes. τὸ δ' ἀποφαντικῶς, σημεῖον. Dubitanter dicere & hæſitanter moratam orationem facit, aſſeueranter, grauem. Non dicit φημὶ, quod aſſeuerationis eſt, ſed οἶμαι, puto. Sed quia hoc verbum nonnihil diffidentiæ præ ſe fert, bonam ſpem, quæ ſequuntur, oſtendunt, ἡ πιστικὸς ἑαυτοῦ αἰσθησις. Non temere enim tali prudentia cognitus, quicquam ſibi perſuaſerit.

ὡς ὑπὲρ πάτρας βουλευομένοις ἁρμόττει) Vt pro patria conſultantes decet. Sic Cicero ſupra, διὰ τὴν πόλιν δοξοκοπεῖν, patriæ gloria ſplendorem aſſequi. Euripides, πάτρις γὰρ οὐδενὸς πόλις. Chryſoſtomus de Ioanne Euangeliſta, ποίας οὖν ἦν ὁ Ἰωάννης παρὰ Βηθσαϊδᾶ; Βηθσαϊδᾶ μὲν ἀλιμοῦς κώμης δ' εὐτελοῦς, ἡ χώρας φαυλοτέρας ἡ ὀδὸν φερούσης ἀγαθόν. Nihil enim ex Galilæa boni. Erat autem Ioannes de Bethſaida Galilææ. Xenophon de Corinthijs, quorum Argiui ciuitatem occupauerant, ἀμυθήμονες δ' ἀφαιρεῖσθαι τὴν πόλιν, διὰ τὸ ἡ ὄρη ἀναπαύεσθαι, ἡ ἄργος αὐτοῖς κερδαίνειν τὴν Βηθσαϊδᾶ αὐτῇ ὀνομάζεσθαι. Idem ibidem mox, πειρωμένους δὲ τὴν Βηθσαϊδᾶ, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς, κέρδη ποιῆσαι. M. Fullius, *Sed illud tamen quale eſt, quod paulo ante dixiſti, hunc locum (quem ego te accipio dicere Arpinum) germanam patriam eſſe veſtram? nunquid vos duas habetis patrias, an eſt illi vna patria communis? niſi forte ſapienti illi Catoni fuit patria, non Roma ſed Tuſculum. M. Ego mehercule & illi & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias, vnam naturæ, alteram ciuitatis. Vt ille Cato, cum eſſet Tuſculi natus, in populi Ro. ciuitatem ſuſceptus eſt. Itaque quum ortu Tuſculanus eſſet, ciuitate Ro-*

Ser. 11. in Euang. Io.

Rerum Græcarum lv.

de legibus ij.

manus, habuit alteram loci patriam, alteram ciuitatis. Hinc Euripides Ione, οὗτοι ἀθλίας ἔτι τις γαίτων πολις. πολίτης est ὁπηχώριος, vt Strabo, quem conterraneum dicimus. Lucas, πορευθεὶς ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης. Non dicit τῆς πόλεως. χώρα producit χωρίον, quod & oppidum est & rus. A quo χωρίτης apud Xenophontem, rusticus, agrestis. ἀπὸ τῦ χωρίου χ) μεταφέρεται χ) ἐπὶ ἄνθρωπον τῦ τ. countrey, countryman. sic rusticum & ciuem dicimus. χωρίτιν χ) πολίτιν. Cic. ad Atticum, *quod in eu orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerit ciuis ille tuus Demosthenes.* Erat enim Atticus Athenienſium ciuitate donatus, & inde cognomen hoc deportauit Proximum in lege Græci nonnunquam vertunt πολίτιν.

Euang. xv.

lib. ij. ep. i.

ἔξεστι χ) λίχνῳ χ) συμβαλέσθαι) His verbis erigit auditorum animos, & ſpe meliore permulcet. Nam illa anceps atque difficilis conſilij capiendi ratio, quam propoſuit, abijcere & debilitare potuit.

de eminentia Legatione

τὰ ἀφειμένα σωθήσεται) amiſſa recuperentur. Dem. πολλάκις συμβαίνει πολλῶν ἀφειμένων χ) μεγάλων καιρὸν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ γίγνεσθαι, ὃν ἂν τις κακῦφῃ τοῖς ἐκπλήξεσι χ) ἀφεθῇ, ἀδ' ἂν ὁτιῦν πεισῇ, πάλιν οἷόν' ἴσχειν σῶσαι. Occaſionem (quæ velox eſt, vt inquit Hipocrates) ſiquis oblatam dimiſerit hoſtibus & prodiderit, ne ſi quiduis quidem fecerit, rurſus poterit reciperare. Idem ille medicorum Princeps, χρόνος ἐστὶν ὅτε ὁ καιρός. χ) καιρὸς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ὁ πολύς. ἀκεσταὶ χρόνοι, ἐστὶ δ' ἐπίκαιρα χ) καιρῷ. Quædam enim curationes diuturnæ ſunt: nonnunquam medicinam adiuuat ipſa opportunitas & occaſio. Sed hoc

fre-

frequentius dicunt ἀπαιτεῖσθαι καὶ ἀπαιτῆσθαι. M. Tullius, *me non potuiſſe Milonis ſalutem tueri per eoſdem, per quos noſtram ille ſeruaſſet?* at in exilium pulſus eſt, & per Milonem inter ceteros reſtitutus. Idem *Nam vt ventum eſt Alexandriam ad Auletem, hæc vna ratio à Rege propoſita Poſtumo eſt ſeruandæ pecuniæ, ſi curationem & quaſi diſpenſationem regiam ſuſcepiſſet.* Grandem pecuniam regi crediderat Poſtumus. Hinc σωτὴρ Dominus, qui ſeruauit nos, cùm eramus perditi. Itaque huius vim vocabuli contra Verrem negat Latinè poſſe exprimi Cicero. Virg. Ecloga 9. pro Milone. pro Rabirio Poſtumo.

Certè equidem audieram qua ſe ſubducere colles
Incipiunt, mollique iugum demittere clivo,
Vſque ad aquam & veteris iam fracta cacumina fagi,
Omnia carminibus veſtrum ſeruaſſe Menalcam.

id eſt, recuperaſſe, inquit Seruius. Nam omnes poſſeſſiones ſuas bello ciuili Virgilius amiſerat, qui Menalcæ nomine eſt intelligendus teſte Fabio. Sic enim ille agens de allegoria ſiue tranſlatione, *Vt*, inquit, *in Bucolicis, Certè equidem audieram, & quæ ſequuntur vſque ad finem quarti verſus. Hoc enim loco præter nomen, cetera propriis deciſa ſunt verbis. Verum non paſtor Menalcas, ſed Virgilius intelligendus eſt.* Hæc Fabius. lib. viii.

Παρειμένα) Neglecta & prodita. De priore acceptione iam diximus. De proditione vnum aut alterum addamus exemplum. Dem. *κίνδυνος γὰρ ἐκ τούτων τῆς ὑμῶν μόνον τῆς πάντων, ἐλεύθερος δ' κίνδυνος τὰ κοινὰ δίκαια τῆς ἰδιωτῶν σῴζεσθαι.* Iſocrates, *ἐκεῖνοι γὰρ ὑστέρησαντες τῆς καθόδου, καὶ παρέμβολαι* Philip. ii. Panegyrico.

περίμαχοί τινας τῆς συμμάχων, λιπαγκάθησαν ὀλίγοι σφῶν πολλὰς κατατρώσαντες, Plutarchus poſt victoriam Antipatri non magnam, ὥστε περήκεσθαι τὸν ἰλιγγιῶντα, poſtquam inquit, ἐπῄνθησαν οἱ ἄλλοι ὅτι μεγάλων ἥττων, ὅτι πολλῶν πεσόντων. id quod Otho fecit magna cum laude, vno prælio victus ab æmulo.

in Phocione.

Tacitus.

Κελεύω ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ λίαν σφόδρα ὃν αὐτὸς εἴπέ τις καὶ σφόδρα εἶναί, περὶ ὑμῶν ἀεὶ τῆς πόλεως λιπαρῶντων τοῖς τολμῶσιν ὀνειδίζειν καὶ ἐπαχθὲς, ὅτι ἀναγκαῖον οὖσαν ὁρᾶν ὑμᾶς ἀτεκνῶ. νομίζω δ' ἄμεινον δὴ ὑμᾶς σφόδρα ὃν τοῦτο ὁρᾶν, κεῖνα, μᾶλλον τῆς σφετέρας ποτὲ μνησθῆναι ὑπ' ἐμοῦ μεμνημένους.

CVm autem compertum habeam, o ciues, dicere de quibus ipſe quis dixerit, & de ſeipſo, rem eſſe apud vos valde compendioſam ijs, qui non verentur id facere, tam importunum duco putidumque, vt quamuis neceſſitatem quandam

quandam faciendi videam, tamen abhorream & reformidem. Cæterùm exiſtimo vos melius, quæ nunc dicturus ſum, iudicaturos, ſi pauca eorum, quæ prius à me dicta ſunt, recordemini.

Ἀκεχώς ἢ εἰ ἐμὲ) Παρασκευή. Cum enim dicturus eſſet, quæ ipſe aliquando dixiſſet in concionibus apud populum, quæ rectè quidem erant & veriſſimè dicta, ſed a populo repudiata: ea autem ipſum commemorare, & laudes ſuas prædicare, inuidioſum & moleſtum auditoribus: ante illius orationis, quam habiturus eſt, inuidiam mitigat. Quæ quidem oratio nec ipſa ad cauſam pertinet, quamuis ſit neceſſaria: ſed extrinſecus aſſumpta eſt, vt παρασκευὴ ſuaſionis illius quam parat. Eſt igitur hæc quam nunc tractamus, quaſi præmunitio præmunitionis: ne dum fidem & auctoritatem ſibi conciliare meditatur, odium atque inuidiam quærat.

ἐκεῖ ἂν αὐτὸς εἴπῃ τις) Repetiturus eſt aliquot ſuaſiones ſuas, in quibus non eſt auditus: & tamen in ijs ab ipſo rectum & verum ſtetit, quo nunc facilius audientiam conſequatur. Cum autem omnis iactatio moleſta & odioſa eſt, tum ingenij maxime. πάντες γὰρ ἅμα γίγνεσθαι ἀγαθοὶ τὴν ψυχὴν, τὰς ἀρετὰς, inquit Plato. Sed non omnes poſſunt eſſe ſapientes neque diſerti. Itaque in his maior videtur eſſe excellentia, eo quod Protagora.

quod rara ſunt, nec multis communia. Qui iuſtitiã & integritatẽ ſibi non aſſerit fatuus eſt. Qui ſapientiam aut eloquentiam, arrogans.

Quomodo ſe quis ſine inuidia laudauerit.

καὶ περὶ αὐτοῦ) Hinc περιαυτολογία. Plutarchus, ὅτι καὶ σὺ συγκεκριμένος ἐν τοῖς ἀγῶσι, ἕτερον νικῶντα ἐλαχρύσοισι, τὴν ἀνδρίαν τῆς περιαυτολογίας ἀφαιρῶν. Abſurdum eſt enim quenquam eſſe præconem ſuæ laudis.

παρ' ὑμῶν τῆδ' πάνυ λελοιδορουμένων τοῖς πολλοῖς ὄν) Hic & impudentiam eorum notat, qui caudam popello iactarent: & leuitatem Athenienſium, qui talibus præberent aureis. Eſtque in his quædam παροιμία, ſed lenior, quum dicit παρ' ὑμῶν.

τῆδ' πάνυ λυσιτελοῦντα) ſi illi faciunt hoc cum aliquo ſuo compendio, dabitis veniam mihi, ſi id ego faciam nullo meo, ſed veſtro commodo. Nihil eſt enim, quod ſperem à vobis propter hoc ipſum amplius. τὸ λυσιτελὲς autem eſt gratia, quam inibant apud populum, & beneficia ex gratia. Porrò λυσιτελεῖν aliquid dicitur propriè, cùm fructus æquat, aut etiam ſuperat ſumptum, & commodum penſat impenſam: aut vbi compendium maius eſt impendio. τέλος enim δαπάνη, ſumptus, & πωλεῖν, δαπανᾶν, ſumptum facere. Vnde eſt πολυτελὴς ſumptuoſus, & ἀυτελὴς nullius precij. λύειν, luere ſoluere. Thucydides, κακῶς ὑμᾶς αὐτοὺς ποιοῦντων τέλεσι τοῖς οἰκείοις. Scholiaſtes, τέλεσι, ἤγουν δαπάναις, ὕθεν καὶ ἄτελὴς καὶ πολυτελής. Dem. χρήσιμον δὲ τοῖς αὐτῶ τέλεσι διορύξειν. Philippus pollicitus eſt Athenienſibus, ſe peninſulam hanc, quæ ditionis eorum erat, ſuis ſumptibus perfoſſurum, atque effecturum inſulam,

lib. iv.

Philip. iij.

vt

vt multi conati ſunt Iſthmum Corinthiacum perfodere. Xenophon, τοσοῦτον γὰρ ἐγκράτειαν γαστρὸς διαφέρει, ὥστε οἱ φλιάσιοι τὸ ἥμισυν ψηφισάμενοι σῖτον τελεῖν ἢ πρόσθεν, καὶ τοῦτο ποιοῦντες, τὸ διπλάσιον τοῦ εἰκότος χρόνον πλειοκάμενοι διήρκεσαν. Tantum continentia ventris præſtat, vt Phliaſij, cum decreuiſſent, dimidium eius, quod ſolebant antè, frumenti conſumere, idque feciſſent, duplo diutius, quàm poſſe viderentur, obſeſſi durarent. διαρκεῖν eſt αὐτάρκειν alijs, pro quo Thucydides αὐταρκεῖν. hic igitur τελεῖν, eſt δαπανᾶν, vt quod Horatius dicit, fruges conſumere nati, σῖτον τελεῖν καὶ ἀκολάστους πεφυκέναι. Varro primo de re ruſtica, *Vineam ſunt qui putent ſumptu fructum deuorare.* Catullus. Formianus ſaltus diues

Fertur, qui quot res in ſe habet egregias?
Aucupia omne genus, piſcis, prata, arua, ſeraſque.

Nequicquam. fructus ſumptibus exſuperat

Plato, λυσιτελέστερον δὲ τῷ δικαίῳ τὰ ἄδικα, ὡς ὅτι τὸ πλῆθος λέγουσι, & ὡς λυσιτελεῖ τὸ ἀδικεῖν, ἐὰν λανθάνῃ. Rerum Græcarum γ. de rep. ii.

Strabo ſcribit, naſci in quadam Hiſpaniæ parte plumbum, cui aliquid argenti ſit admiſtum, non tantum tamen vt expediat repurgare. παρεμμίγνυται δέ τι καὶ ἀργύρου μικρὸν, οὐχ ὥστε δὲ καὶ λυσιτελεῖν ἐκκαθαίρειν. lib. iii.

Xenophon, καὶ ὅταν γε πολὺς σῖτος τε καὶ οἶνος γένηται, ἀξίων ὄντων τῷ κεραμεῖ, λυσιτελεῖς αἱ γεωργίαι γίγνονται. Ariſtophanes, Nunquam vidimus ἰχθῦας ἀξιωτέρους, viliores piſciculos, minoris venire, quod enim bene emptum eſt valet pecuniam. Apud Pli- ἐν τῷ περὶ οἰκονόμου

nium legimus, Nihil minus expedire, quàm optimè colere agrum. *bene colere neceſſarium eſt, optimè damnoſum. Domino aliquas meſſes colligere non expedit, ſi computetur impendium operæ.* M. Tullius *Vt ego hunc vnum eiuſmodi rem poſt hominum memoriam fuiſſe arbitrer, cui damnari expediat.* Salluſtius, *Ita Iugurtha ratus, aut capta vrbe operæ pretium fore,* ἢ πόλεως ἁλόσης λυσιτελήσειν. Ariſt. oſtendens quantis opibus, & copijs ciuitatem eſſe oportet, quàm abundantem diuitijs & refertam, inquit, ἴσως ἂν ἄρειος ὄφις, τὸ μὲν λυσιτελεῖν τοῖς πρόπαν διὰ τὴν ὑπερβολὴν πολεμεῖν, ὅτι ὄβυλος μὴ προχαλῶνται μέλλοντος Ἀταρνέα πολεμεῖν, ἐκλύσειν αὐτὸν σκιφάμβην ἐν πόσῳ χρόνῳ λήψεται τὸ χωρίον, λεγόσαδαι τῷ χρόνῳ τότε τὴν δαπάνην. ἐθέλειν γὰρ ἥλατον τότε λαβεῖν ἐκλιπεῖν ἅδην ἡ Ἀταρνέα. Suetonius, *Prælium quidem aut bellum ſuſcipiendum omninò negabat Auguſtus, niſi quum maior emolumenti ſpes, quam damni metus oſtenderetur. Nam minima commoda non minimo ſectantes diſcrimine, ſimiles aiebat eſſe aureo hamo piſcantibus: cuius abrupti damnum nulla captura penſari poſſet.* Simile eſt huic apud Thucydidem Laconicum illud prouerbium, quod illis oraculo quodam editum fuit, Δεῖς ὑπὸ ἡμιθέῳ τὸ σπέρμα ἐκ Διὸς πεσὸν ἐς τὴν ἑαυτῶν ἀφικέσθαι, εἰ δὲ μὴ, ἀργὸν ἡ ἀλάκατα ἐυλάσσειν. Iouis filius ſemideus eſt Hercules, cuius πλειστάναξ Rex eorum κύριος. Reges enim Lacedæmoniorum erant Herculeorum. Hunc reducendum in patriam Apollo monebat, aut famem expectandam. ἀφικέσθαι γὰρ τὸ κατάγειν. ἐυλάσσειν δὲ τὴν ὕπνον Lacedæ-

lib. xviii. actione in Verrem iii. Politicorum ii cap. vi. Auguſto. lib. iv.

dæmonij dicunt, id eſt, vomerem. ἰυλάξειν, ἀρόσειν. hoc igitur voluit oraculum, ὁ λυπιτελὴς αὐτοῖς τῷ χρυσῷ γεωργεῖν, ὥσπερ εἰ ἀργυρείοις ἰχνεύοντο, ait Scholiaſtes. vt igitur ὁ λυπιτελεῖ, ſi quis aureo piſcaretur hamo, ſic ὁ λύων τὸ τῦλο, ſi vel aureo vel argenteo vomere fruges quæreret, ſed plus detrimenti quàm emolumenti caperet. Sic enim Sophocles dixit διαλελυμένε, φρονεῖν ἀν δεινὸν, ἔνθα μὴ τῦλο λύει φρονεῖν. Oedipo Tyranno.

Vbi Triclinius, ἔνθα τὸ φρονεῖν ὁ λυπιτελεῖ, non operæpretium eſt, non expedit, non eſt tanti. Iuuenalis ix.

Vtile & hoc multis vitæ genus. at mihi nullum
Inde operæpretium.

Cic. *quare mihi crede*, φιλοσοφῶμεν. *Iuratus tibi poſſum dicere, nihil eſſe tanti*, id eſt, οὐδὲν εἶναι λυσιτελέστερον τῆ φιλοσοφίᾳ. ad Atticum ii.

Plinius iunior ad Traianum, *Si tamen hæc ſola erat ratio, quæ te publicæ ſalutis gubernaculis admoueret, propè eſt vt exclamem tanti fuiſſe.* λυσιτελῆσαι. Panegyrico

Simile illud Lucani.

Quod ſi non aliam venturo fata Neroni
Inuenêre viam, &c.
Iam nihil ô Superi querimur. ſcelera iſta nefaſq;
Hac mercede placent. lib. i.

quaſi diceret, eſt tanti defunctos eſſe tot bellis ciuilibus. Euripides ſimplici verbo. in Alceſtide

φημὶ τοιάδε γάμε
λύειν βροτοῖσιν, ἡγαμεῖν τε κἀξιον.

aut vxorem ducere non impedit. quanquam aliter Scholiaſtes ille exponit locum Sophoclis, εἰρηκὰς, φησὶ, ἐκ μεταφορᾶς τῆς φορᾶς ὑπὸ κειμένων εἰς εἴ τις τῆς φόρου ἐξέλοι, λυπιτελεῖ. Nam

τὸ τέλος, est etiam φόρος vectigal, tributum, prodest hic quidem, & valdè commodus est, siquis tributorum onera demat. Sed prior significatio τοῦ τέλους huic verbo mihi videtur aptior. Sophocles.

in Electra

λύει γὰρ ἡμᾶς δεῖν' ἐπηφλεῖ

quod vtri sit interpretationi propius, Lector iudicet. Athenæus, κἀν μὲν ἰσόπους ἔχῃ, ἵνα εἰ φέροιεν λύσει τ' ἀκολούθησιν, si rem habet, cum reditu pensant impensas. Postremo tanquam

lib. vi.

Colophonem illud Iuuenalis quoq; addamus.

Satura iii.

Hinc tunc Vmbritius, quando artibus, inquit, honestis
Nullus in vrbe locus, nulla emolumenta laborum,

migremus ex vrbe, id est, quando compendia atque emolumenta non compensant labores, quos studijs impendimus.

τοῖς πολλοῖσιν οἷ) quasi non omnes id auderent, ac ne multi quidem: nullus denique non audacia singulari præditus. ἢ τοῦτο μοι δικαίᾳ λέγῃ ὑποτυπούμενος ὡς ἐκ μικρᾶς ἀσπαλιεὺς ὑπὸ τῆς ἀφροσύνης, μικρὸς θηρεύειν ἐν τῇ δήμῳ ὡς τὸ φίλιππον εἰρημένος αὐτῷ γὰρ ἀμφιπόλιος λόγος, vt ipse iactat φιλοτιμούμενος ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ τῆς παραφροσύνης, sæpe hac arte promeritus populum.

de beneficijs ii.

ὕπως ἡδεῖαν φορτικὴν ἢ ἐπαχθῆ) hæc duo nomina, quæ sæpe, vt συνώνυμα copulantur, Seneca ad verbum expressit, *Molestum verbum est & onerosum, demisso vultu dicendum*, Rego. φορτίον enim onus, ἐπαχθὲς molestũ. ἀχθομαι, molestè fero. Dem. τοῖς ἀναγκαίοις δ' ἑαυτὸς ἀχθόμενος. Laertius, ἀχθὸς λύπη βαρύνουσα Cic. ægritudo premens, vel potius grauans

uans ἄχθος etiam eſt onus, vt ἀνώνων ἄχθος ἀρόρης, telluris inutile pondus. Sophocles de Dijs, κῆ μιλῶ ἄχαν ὑαΐφρεϊδὲς ἄχθος ἤνυσαν, qui interemerant Aiacem, & Mineruam innuit. Eſt etiam ἄχος, λύπη, moleſtia, vnde ἄχθος, vt μελικὸς μελδακὸς addita litera. Cic. *odioſum negotium Poſtumo videbatur.* φορτικὸν πρᾶγμα. *moleſtum etiam nomen ipſum,* ἐπαχθὲς καὶ τὄνομα. Terentius, vel heri in conuiuio quàm immodeſtus fuiſti? quàm moleſtus? φορτικὸν enim fuit καὶ ἀκοσμον, manum non abſtinere, amicam amici ſubagitare in conuiuio, vt Comicus loquitur. Iam ſi moleſtum & graue eſt ab alio laudari nimis, vt inquit Euripides, βάρος τι καὶ τὰ δ' ὄζειν αἰνεῖσθαι λίαν, quanto magis ſi teipſum importunè laudaueris. *Antonius mihi,* inquit Cicero, *præmiſit odioſas literas, in quibus erat, Quia te nimio plus diligo, non poſſum diſſimulare, mihi famam quoque quamuis ſit falſa, magni eſſe,* φορτικὰ γράμματα. Veruntamen Pindarus affirmans, τὸ κεκραδάσθαι παρὰ καιρὸν μανίαισιν ὑπορρίπτειν id eſt, συνᾴδειν, concinere inſanijs, tempus eſſe indicat, cum id ἀμέμπτως fiat. nam & Plutarchi libellus eſt περὶ τοῦ ἀνεπαφάνως ἐπαινεῖν ἑαυτόν. Xenophontis eſt, cuique laudem ex ore alieno ἧττον ἐπαχθῆ ἀκουσμάτων ὄντων εἶναι, ſed ex ſuo de ſe τοῖς ἐπαίνοις λυπηρότερον. quod eſt etiam in prouerbijs Salomonis. Suarum laudum præconibus ait Demoſthenes, τοὺς ἀκούοντας αἰσχύνειν ποιεῖν, ὅταν λέγωσιν, ἢ δικεῖν τοιούτους εἶναι παρέχειν Plutarchus, τὸ περὶ ἑαυτοῦ λέγειν, ὡς τι ὄνειδος ἢ ἀναιμάκτου, λέγει μὴ ἐπαχθὲς δοκοῦντα ποιεῖν, καὶ ἀνελεύθερον· ἔργον δὲ ἐστὶ τοῖς ἀνδράσι καὶ τοῦ φιλοσόφου. & mox, φορτικὸν

pro Corona Lorario.

pro Rabirio.

Εκυτῆ.

ad Atticũ X.

de Corona

Eth. i. ca. iiij. καὶ τοῦτο κέχρηται μεγαλαυχίᾳ. Philosophus, οἱ μὲν πολλοὶ τὸ φορτικοῦ τινὸς ἡδονὴν summum bonum ponunt : οἱ δὲ χαρίεντες καὶ πεπαιδευμένοι τοῦτο. Notanda est antithesis. χαρίεντες, homines sunt elegantes & vrbani, vt ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης. Sed interdum tamen est φορτικὸς, vt Chrysostomus dixit τὴν φορτικὴν κωμῳδίαν. Cæterum omnia sic ad tenue elimare, ὥσπερ φορτικὸν ἦν. Sed hoc a principio videndum fuit. Nunc, quoniam cœpimus, danda nimirum vela sunt ventis.

ὥστε αἰτίαν ὅσην ὑμῖν δοκῶ) Venia danda est necessitati, quæ nulla tenetur lege : & tamen hoc se refugere dicit, tantum superest illi modestiæ. Pro Corona autem & hanc causam complectitur, & quicquid est in re vitij vel odij, mirificè transfert in aduersarium. ὃ καὶ εἰ τὸ πρᾶγμα αὐτὸ αἰσχύνῃ, τοῦτο τοῦ αἰτίου ἐστὶ δίκαιος ἔχειν, ὁ τοιοῦτον ἀγῶνα εἰσηνεγκώς. Hoc imitatur Tullius in Sallustium, *si quis id vos, si forte offendimini, iustius huic, quàm mihi succensere debetis, qui initium introduxit.* Hermog. Demosthenes, inquit, pro Corona quum se laudaturus esset, καὶ τοῦτο ἑαυτῷ πολιτεύεσθαι, πολλάκις χρῆται τῇ αἰτίᾳ λέγων, ἐπὶ δὲ οἷς ἐπαινεῖται καὶ παρελήλυθεν βαδίζων, πολλάκις λέγει αἰσχυνθήσομαι εἰ ἐμαυτῷ. Tres autem sunt methodi, inquit, quum hoc αἰτιατικῶς facere possumus, καινότητος λόγῳ, ἀνάγκης σχηματισμῷ, σχηματισμῷ ὑπονοίας. De necessitatis simulatione iam diximus. τῆς καινότητος exemplum præbet Isocratis ad Demonicum παράκλησις. Hoc enim voluit dicere, Ego sum vir optimus, mi Demonice, & solus amicus fidelis tui patris mortui, tibique ipsi beneuolus. Sed si palam ita dixisset nimis

Methodo καινότητος.

mis ἐπαχθὴς eſſet καὶ δυμόσητον. πῶς οὖν αἰτιαχθῶς ἐμεθόδευσε τὸν λόγον; inde a principio ſtatum κοινὴ τῇ λόγῳ χρῆται, σεσὶ τὸ σκυθρωπὸν καθεῖρξαι καὶ φαύλων λόγων, καὶ διαπρίσαι τὰ ὦτα τῶν ἀγαθῶν καὶ πονηρῶν φίλων. οὕτως ἢ αὐτὸς ὢν φαύλος τῶν ἀγαθῶν. Hæc Hermogenes. Vide principum orationis. Idem mox, ἐπεὶ ἢ τῇ αἰτίᾳ πολλὰς χρόμβους δημοδόκους ὑποπίνει λύκους, καὶ τῇ τῶν προσώπων ὑποδοχῇ χρῆται, commutatione perſonæ. Hoc autem eſt, ὅταν τι μέτριον λέγῃ, τότε σοὶ τὸν αἰσχυνόμενος λέγῃ. ὅταν ἢ ὑπερφέρων καὶ ἐπαχθὴς, σοὶ αἰσχύνων· vt ὁ λίθυς ἐπίσχετε τὴν πόλιν, ὡσὶ πλήθους ὄχλου, ἀλλὰ τὸν ἐμὲν τειχισμὸν εἰ βέλει σκοπεῖν, ὑρήσεις ὅπλα, καὶ πόλεις, καὶ συμμάχους. Hæc enim habita ad Athenienſes oratio ferenda non erat: conuerſa ad Æſchinem nullam habet inuidiam. Rurſus, inquit, quæ de ſuo largitus eſt populo, ſi dixiſſet ad populum, grauis fuiſſet oratio. λέγῃ ἢ πῶς; ὦν μέντοι ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ἐπέδωκε, δημοσίᾳ ἡμέρᾳ ἐπαίνου ἄξιος εἶ φημι. ἀκούεις αἰσχίνη; κατ' ἀνθρωφολῶ, ad Æſchinem auertit orationem, ἵνα δοκοίη τὸν ἰχθὺν λυπεῖν, καὶ μὴ σὲ τὸν ἀθηναίους ἐνοχλίζειν. Dicit audin' Æſchine? quaſi aurem vellicans. de Corona. de Corona.

νομίζω δ' ἄμεινον εἶ ὑμῖν σοὶ ὧν πεῖ ἐμοῦ, κρῖναι) Eſt igitur hoc concedendum, in loco ſi feceris, & quum eſt neceſſarium atque vtile audientibus. Nam inanis gloriæ cauſa facere ineptum eſt, & non ferendum. Non ergo ſui gratia nunc ſua prædicat, ſed illorum, quo melius de re præſente iudicent. Plutarchus, ἔστι ἢ παρακινδυνεύσαι καὶ ὁ πολίτικος ἀνὴρ, ἁψασθαι τῆς κεκμηκυίας φιλαυτολογίας, σοὶ ὠφελίᾳ αὐτῶν δόξαν καὶ χάριν, ἀλλὰ κατορθοῦ καὶ σφέλειαν ἐπιτιθέσης. Vt Pericles apud Thucydidem, κρίνει ἐμοὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ Lib. ij.

ἀρὶ ὀργίζεσθαι, ὃς ἰδιώτης ἅπασιν εἰωκὼς εἶη, μισθοῦ τι τὰ δίκαια, καὶ ἐριλωιδοῦντι ταῦτα, φιλόπολίς τι καὶ χρημάτων κρείττων. Quæ omnia fuere in noſtro Demoſthene. Nam & populus illi fortaſſe ſuccenſuit, quod cum Philippo ſemper aduerſatus eſſet, nunc pro Philippo diceret: & quis illo vel intelligendo vel eloquendo promptior? Quis amantior patriæ, aut qui minus pecunia capi poſſet? contra ſalutem reip. dunteraat. Nam ſi priuatim minime ſpreuit, non fuit vituperandus. conſer cum his, quæ ſupra retulimus è procœmio pro Corona de excuſatione τῆς ἐφειαυτολογίας. Ideo namque integrum locum adſcripſimus.

Ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σκοπῶν μὲ ἐμὲ ἑκάστοτε τὰ ὑμᾶς, καὶ τὰ δόξαι παρεσκευάσθαι πρακτέα, βοηθῶν Πλαταιεῦσι, καὶ πόλεμον ἀνδρῶν καὶ διαπρεσβεῖαι ἀρχαῖαι, σκοπῶν καὶ μόνος παρῆν αὐτοῖς· καὶ μενοῦν διεπαθόμην ὑπὲρ τῆς ὅλης μικρῷ λήμμασι πολλὰ καὶ μεγάλα ὑμᾶς ἀμαρτάνειν πεισάντων· καὶ χρήτα βραχέως διηγήσατο, μὴ τὸ σφέτερον αἰχμάλωτον, καὶ παῖδιν οἷα τῆς ὄντων αὐθρώπων ἕδιον πάντα πεπόνθασιν ὑπὸ τούτων οἷς ἐβούλθησαν, πάντα ὑμεῖς ἴσμεν τοῦ τε τῆς ταῦτα πεισάντων χαρίν καὶ τὸν τὰ βέλτιστα εἰρηκότα ἐμέ.

Ego

EGo enim, o ciues, cum quidam, motis in Euboea rebus, auctores erant vobis, auxilium ferre Plutarcho, bellumque ignominioſum non minus quam damnoſum ſuſcipere: primus & ſolus accedens reſtiti, cum nihil propius factum eſt, quam vt ab ijs, qui paruo pretio magna peccare vos docent, diſſcerptus ac dilaceratus eſſem. ſed breui tempore interiecto, cum ſuperaddito dedecore atque iniurijs, quantas nulli poſt hominum memoriam acceperunt ab ijs, quibus auxilio veniſſent, vos omnes agnouiſtis, cùm eorum, qui illa ſuaſiſſent, malitiam, tum me bona fide monuiſſe ea, quæ factu erant optima.

Πρῶτον μὲ λαβὼν ἐπιδόσιν τινὰ ὑμῶν) κεχρησαμενὸν qua fidem præſtruit ijs quæ dicenda ſunt, ex ante dictis in concione Athenienſium, in quibus ſagacitatem ſuam euentus comprobauit. Itaque hanc Tertullianus præſtructio-

nem, alij præmunitionem vocant. Vlpianus, εἰδὼς τὸ χρήσιμον τῆς ὑποδέσεως, ἢ ὅτι δυσχερῶς ἀγανακτοῦσιν, σύστασιν πολίτου τοῦ εἰκαίου λέγει, ὃς μὴ ἐμμένοντας μανθάνουσι, μανθάνουσι δὲ ἀκουσθέντες ὑπὸ τοῦ δικαστοῦ: vt errata ſua priſtina agnoſcentes, cum illi bene monenti non obtemperarent, nunc in idem peccatum non incidant. Notandum in Vlpiano verbum ἀγανακτοῦντας, contrarium fere τῷ ἀνέχεσθαι, de quo diximus. ἀνέχεσθαι admittere, ad ſe recipere. Nonnunquam admittere in ſe facinus Xenophon, ἐγὼ γὰρ οὐδὲν κακὸν ἐπ' ἀγαθοῖς ἐκείνοις ἀνέχομαι. Horatius.

παιγ. iij.

Tu nihil admittis in te formidine pœnæ,

lib. ij.

μεγαλοφρόνως τοῦ ἐν Ἄλσει πραγματεύεσθαι) Tacitus, *Siſenna Statilio Tauro, L. Libone Conſſ. mota Orientis res, prouinciaque Romana.* Res & πράγματα Græcis Latiniſque eodem modo πλεονασμῶς vſurpantur. Virg.

Æneid. iii.

Poſtquam res Aſiæ Priamique euertere gentem
Immeritam viſum ſuperis,

Seruius, *Res quamuis multa, prout locus exegerit, ſignificet, modo tamen imperium: aut rei hic pro vniuerſo ſtatu Aſiæ.* nam Priami regnum comprehendebat totam minorem Aſiam, vt Euſtathius docet; hinc, Romanos rerum dominos dixit. item, rerumque reliquit habenas. Idem de apibus,

Georg. iv.

Venimus huc lapſis quæſitum oracula rebus.

Eſt enim apis ciuile animal, vt docet Ariſtoteles, regem habent & πολιτεύεται. ἄλλα δὲ πολιτικὰ ἀλόγων ζῴων, πάντα μιλίττης ἢ πάντες ἀγελαῖα ζῷα μᾶλλον, δῆλον. Ouidius ix.

Pol. i.

Nec

Nec genere externus hoſpes tibi miſſus aberis
Sed popularis ero, verum pars vna ſuorum.

Hinc dicimus Rerum potitus, ἐγκρατὴς τῆς πραγμάτων. interdum ſingulariter, Ennius, Moribus antiquis ſtat res Romana virisque.

Dem. τὸ τῆς εἰρηναίων τινας ὀπτῆρᾶν, καὶ τῇ κοινῇ δοξῃ τοῦτ' ἀεὶ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς πράγμασιν. ill willers to the ſtate. M. Tullius, *Erit*, *iudices*, *humanitatis veſtrae*, *magnum eorum civium numerum calamitate prohibere: Sapientia*, *videre multorum civium calamitatem à republ. ſeiunctam eſſe non poſſe.* Philip iv. pro lege Manil.

παραπολάζων) propriè dicitur hoc verbum de aqua limo turbida. Ioannis v. ἄγγελος ἐπάραττε τὸ ὕδωρ, καὶ ὁ πρῶτος ἐμβὰς μετὰ τὴν ταραχὴν τοῦ ὕδατος ὑγιὴς ἐγίνετο. mox ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ Aristophanes, Offic. i.

ὅπερ γὰρ οἱ τὰς ἐγχέλεις θηρῶντες, πέρυσιδας.
ὅταν μὲν ἡ λιμνὴ καθαρὰ ᾖ, λαμβάνουσιν οὐδέν,
ὅταν δ' ἅπαν τὸ κάτω τὸ βόρβορον κινήσωσιν,
οὗτοι, καὶ σὺ λαμβάνεις, ἢν τοὺς πόλεις ταράξῃς. Equitibus

Quod ijs, qui captant anguillas, hoc tibi vſu venit, &c. Vides opponi ταράττειν καὶ καταστῶσαι. τὸ κινεῖν καὶ ταράττειν, miſcere turbare, verba ſunt Cumanica. Plutarchus, τῇ δὲ δημοκράτῃ τῆς πραγμάτων οὐκ κατάστασιν ἐχόντων. Cui contrarium hic ταραττομένων τῆς πραγμάτων. Dem. ἐπειδὴ δ' ὁ πόλις εἰς ἓν ἦλθε, καὶ τὰ πράγματα κατέστη. καθεῦδει ſidere, καταστῆσαι ſedare. Paulus, ὁ δὲ θεὸς ἀκαταστασίας ὁ θεὸς, ἀλλ' εἰρήνης. Chryſoſtomus, ἀκαταστασίαν exponit σύγχυσιν, ταραχὴν. κατάστασις ſtatus, ἀπὸ τοῦ καθίστημι. Sed a ſignificatione τοῦ καθίστημι conſtitutio, ſedatio. Comicus, in Pyrho. contra Leptinem.

Adelphis.

In ipſa turba, atque in peccato maximo,
Quod vix ſedatum ſatis eſt, poſtilla ſcelus,
Quaſi re bene geſta. ἐν αὐτῇ τῇ ταραχῇ, ἐν μέσῃ, ἢ μᾶλλον ἤδη κατὰ τὸ πεπρᾶχθαι. Sic μεθίστασθαι τῆς αἰτίας translatio criminis, & μετάστασις ceſſio.

βοηθεῖν Πλουτάρχῳ) Hiſtoria eſt apud Plutarchum in Phocione, nuſquam, opinor, clariùs expoſita. παραλυομένῃ ἤδη εἰς εὔβοιαν Φιλίππου, ἢ δυνάμει ἐκ μακεδονίας διαβιβάζοντος, καὶ τὰς πόλεις εἰκῇ μεθιστάντος διὰ τυράννων, Πλουτάρχου τῆς Ἐρετριέων καλοῦντος τὸν Ἀθηναίους, καὶ δεομένου τοῦ δῆμου βοηθῆσαι καταλαμβανομένῃ ὑπὸ τῶν μακεδόνων, ἀπιστία γράψας φωκίων, ἔχοντα δυνάμει οὐ πολλῇ, εἰς τὴν ἑαυτῶν συμμαχίαν ἐτίμων πρὸς αὐτόν. Cum penetraſſet in Eubœam Philippus, copiiſque è Macedonia traiectis, ciuitates ſibi per tyrannos adiungeret: Plutarchus autem Eretricenſis aduocaret Athenienſeis, atque oraret inſulam a Macedone occupatam liberarent, paruo cum exercitu dux miſſus eſt Phocion, quaſi qui illic erant cito ſe ei coniungerent. Meminit huius expeditionis Æſchines quoque contra Cteſiphontem, ὅτι ἐπειδὴ τάχιστα φίλιππος εἰς εὔβοιαν Πλουτάρχῳ βοηθήσοντες, ἵνα μὲ πρόφασιν χρήσῃ ὅτι ἦλθον πρεσβευσόμενοι ὑμῖν ἦσαν φίλοι, primis temporibus ſaltem ſimulabant, ſe vobis eſſe amicos, nempe Calchidenſes. βοηθεῖν, ſuccurrere ad verbum. Qui laborant enim & in periculo ſunt, inuocant & inclamant opem implorantes, quibus confeſtim ab auxiliantibus ſubuenitur.

Philippus.

contra Midiam.

πρὸς τὸν βοῶν καὶ θεῶν. Dem. ὁ δ' ἤδη πάντων ἐγγὺς, τίς ἔστι; καὶ τίς ὑμῶν ἀδικούμενος ἀνακράγῃ; πρεσβεύεται καὶ παρίσασιν βοηθοῦντες; ὦ. χρήματα

ρατα γὰρ γεγραμμένα ἐστὶ, καὶ οὐκ ἐνεστιν εἰ τοῦτο πιστεῦσαι. Sic opinor Paulus ait legem ſine ſpiritu non eſſe vitalem, ſed literam occidentem. Et hinc Auguſtini liber de ſpiritu & litera. Pergit orator, τίς οὖν αὐτῶν δύναμις ἐστι; ὑμεῖς, ἐὰν βεβαιῶσι αὐτὸν, καὶ παρέχωσι κυρίους ἀεὶ τῷ δεσμῷ. Vt igitur legum vis Athenienſium in ipſis Athenienſibus erat, qui illas ſibi firmarent: ſic Dei lex vitalis eſt illis, qui in ſe habent legem ſpiritus vitæ: cæteris omnibus lethalis. Scholiaſtes Thucydidis βεβαιῶσαι, quod idem eſt, μὴ βεῖς δέσμιον, vt qui latrones perſequuntur, with hu and cry. βεβαιοῦσι γὰρ τοὺς νόμους. Rom. viij.

καὶ πόλεμον ἀνδρῶν καὶ δαπανηρὸν ἀφεῖναι) Diſſuaſit hanc expeditionem Demoſthenes, quia videbat & ſumptus non parui futuram, & præter dignitatem eſſe Athenienſium tyrannum tueri. Tyrannum enim fuiſſe Plutarchum, docent hæc Dem. ἀλλ' οὐ Ἐρετρίᾳ, ἀπιὼν δ' ἀνδραλκέστατος τῶν Πλουτάρχου, καὶ τὴν ξένην, ὁ δῆμος εἶχε τὴν πόλιν, οἱ μὲν ἐφ' ὑμᾶς, ἦγον τὰ φορτηγία, οἱ δ' ὅπλα φίλιππον. Tyrannorum erat peregrinos milites contra ciueis alere. Porro ignominioſum bellum vocat, quia inde diſceſſum eſt magno cum periculo exercitus, vt Æſchines teſtatur. & ſimul quid turpius eſſe potuit, quam populum Athenienſem, qui ſemper Græcorum omnium libertatis aſſertor & vindex erat, τὴν ἀναφαίνδαν τῶν τυράννων δημοκρατουμένην. Nam ſi vellent hoc bellum ſuſcipere, debebant ſibi Eubœam aſſerere, quam maiores eorum habuiſſent, non ſic inde expellere Philippum, vt ſordidum tyrannum in maxima ciuitate illius inſulæ relinquerent. Nulla autem hic Phocio- Philip. iij.

nis mentio, cuius auſpicijs res illa geſta eſt, quia non admodum amicus fertur fuiſſe Demoſtheni. ἀδόξου αἰτὶ τῦ κακόδοξου, infame, vt Lycophron Helenam ἀνύμφου nuncupat, τυτέςι κακόνυμφου, male nuptam, aut infelicem ſponſam. Apud Virg. contra male-ſanus, male-fidus pro eo quod eſt inſanus, infidus. Sic Iſocrates dixit κακῶς εἰδέναι αἰτὶ τῦ ἀγνοεῖν τι. Cicero vertit δοδόξιαν, bonam famam, ἀδόξιαν infamiam.

περὶ τῆς εἰρήνης.

διαπαρεῖν) Vlpianus, εἰδηματικὸν χρημάτων πολλῶν. διαπαρεῖν, nimis omnia profundere, effuſos ſumptus facere, prodigere.

ad Philippi epiſtolam.

Πόλεμον ἄρασθαι) bellum ſuſcipere Dem. ὁ μὲν εἰκὸς παδεῖν ἐκεῖνον, μεῖζον φορτίον, ἢ καθ' αὑτὸν ἀρόμενον. Qui grauius ſuis humeris onus ſuſtulit. ἄρασθαι, tollo vel tollor. ἀρῶμαι, ἀράμην, ἄρασθαι. Xenophon dixit, πόλεμον ἀπαρῆσθαι. Cic. *Non imparatus arma ſumpſiſſet.* Salluſtius, *Omne bellum ſumi facilè: cæterùm agerrimè deſinere: non in eiuſdem poteſtate initium eius & finem eſſe. Incipere cuiuis etiam ignauo licere* (malim ſuſcipere) *deponi non niſi cum victores velint.* In eandem ſententiam Thucydides, ὑφ' ἡμῶν, inquit, τοιμήσαντας τὸν πόλεμον. tantum eis promere, quantum volumus quaſi in cella conditum haberemus.

Bel. Iug.

Lib. vi.

φρόντες ἢ μόνος) Huic diſſimile eſt, quod conuertit Demonax apud Lucianum, Ἀγαθοκλεῖς ὁ τῦ φιλοπατρικῦ μέγα φρονοῦντος, ὅτι μόνος αὐτός ὄζι ἢ φρόντες τῆς διδακτικῆς, ἴση, ἢ μᾶλλον ὁ ἀγαθοκλεῖς, εἰ μὴ φρόντες, ἢ μόνος. εἰ δ' μόνος, ἢ φρόντες. B. Hieronymus de Ciceron & Demoſthene, ad Ciceronem dirigens ſermonem,

Tibi

Tibi ille præripuit, ne primus orator eſſes, tu illi ne ſolus. Quaſi ſi Cicero poſt Demoſthenem non extitiſſet, ſolus orator fuiſſet Demoſthenes: ſi Demoſthenes non antegreſſus eſſet, Cicero primus. Reliqui Rhetores nullo in numero. An potuit quiſquam duos ſummos oratores æquiore iudicio ſuſpendere? Sed de comparatione illorum dicam alio loco, ſi Deus voluerit. Iſocrates, ὁ μόνος ἀξιῶν περὶ τῶν ἀδικούντων τοιαῦτα παύσασθαι. Dem. ὃς γὰρ ἑαυτὸν τάξας πρὸ ἁπάντων τῷ Φιλίππῳ, οὐ μόνος οὐ πρῶτος ἐδόκει, ὅτι καιρὸς ἐγένετο ἅπασιν ὑμῖν ἀφαιρεῖσθαι πρὸ ἐλαίου ἀνταμύνασθαι οὐ πρεσβεύσας οὐ γράψας ἐξαίφνης ὑπὲρ Φιλίππου, πῶς οὐχὶ πολλοῦ δεῖν ἄξιος ἀπολωλέναι; Obijcit illi τὴν ἀκαιρίαν πολιτείας. Hoc enim verbo vtitur Æſchines, & præclarè reſpondet huic crimini. τοῖς γὰρ καιροῖς συνεπιφέρεσθαι αἰσχρὸν οὐδὲν ἧττον οὐ φίλιον πρὸς τὸ κρατοῦν. *Nunquam præſtantibus in rep. gubernanda viris laudata eſt in vna ſententia perpetua permanſio.* Vide totam illam Ciceronis ad Lentulam epiſtolam. Quod Æſchines ait, πρὸς τὸ κρατοῦν, ſignificat Philippi magnitudinem fuiſſe tantam, cui non poſſet obſiſti. Lucas, ὃ κρατῶν Θεόφιλος Videtur, inquit Theophylactus, hic Theophilus tum magiſtratum habuiſſe: ſic enim Paulus, τῷ κρατοῦντι φησὶν. κρατεῖν imperium. Cic. *Quod me, vt ſcribam aliquid, hortaris, creſcit mihi quidem materies, ſed tota res etiam nunc fluctuat: quæ ſi deſederit, magis erunt iudicata, quæ ſcribam. Quæ ſi ſtatim a me ferri non potuerit, primus habebis tamen, & aliquandiu ſolus.* Quæ ſi deſederint, κἂν ἐπὶ κρατοῦ. De quo verbo paulo ante dictum eſt. Opponuntur delidere & fluctuare. παρῳδεῖν

ad Nepotianum.

de falſa legatione.

in defenſione falſæ legationis.

Act. i.

ad Attic. ij.

ad Attic. ij. ep. viij.

παρῆλθον εἰπεῖν) Plutarchus hoc plenè, παρῆλθον εἰς μέσην Σύλλαν πλησίον. Liuius. *Etsi mihi nullius noxæ conscius, Quirites, sum, tamen cum pudore summo in concionem vestram processi*, παρελήλυθα, quo verbo noster post pauca vtitur. Hæc T. Quintius Capitolinus. παρῆλθεν dicuntur oratores, quum Rostra conscendunt, quum ad dicendum accedunt. Isocrates, ἅπαντες μὲν εἰώθασιν οἱ παρόντες ἐνθάδε, ταῦτα μάλιστα φάσκειν δεῖν καὶ μάλιστα ἀποδοκιμάζειν ἄξια τῆ πόλει, ἐγὼ δ' οὐ ταῦτα μέλλω συμβουλεύειν. Dem. πίστευμεν γὰρ ἐξ ὧν παρὼν καὶ ἀκούων ἐγιγνόμεθα, τὰ πλείω τῆς πραγμάτων ὑμᾶς ἐκπεφευγέναι, τῆ μὲ βέλτιον τὰ δέοντα πράττειν, ἢ τῆ μὲ ξυνιέναι. Videtur legendum παρεόν. Non enim Demosthenes semper auditor tantum, sed suas quoque dicendi vices habuit, hoc igitur dicit, sibi compertum esse ex ijs, quæ vel ipse in concionibus dixerat, vel alios audierat, plura negotia vos fugisse, eò quòd nolitis facere, non quod quæ facto opus sunt, non intelligatis. Non semper aderat mutus. Idem Isocrates in eadem, παρῆλθον γὰρ ἀ χειροτονήσων ἀλλ' ἵνα χειροτονίαν μνησόμενος ἀλλ' ἵνα παραινέσω ἐμαυτῷ δοκῶ μᾶλλον ἢ τυγχάνω χαριούμενος. Ad dicendum surrexi, non vt quæ grata vobis sint, dicerem, aut vestra suffragia ambiendi studio, sed vt quæ sentiam, ederem. Notabis τὸ μνησόμενος sic dictum, vt Latini dicunt ambire, vnde ambitus, iniusta petitio magistratus. Synesius, νόμος αἰσχύνην πολλὰ καὶ χαλεπὰ τοῖς μνησόμενοις τιμῶν τῶν ἐπιεικεστάτων ἀρχῶν. Lib. iij. de Pace. Olynth. iij. Lib. iv.

Comminatur multa atque acerba ambientibus imperium patriæ. ἃ θρέψασθαι, patria quæ nos aluit. ἃ ἐτόλμησε, quæ tulit. Thucydides, αὐτὸ τοῦτο ἐκ τῆς ἀρχῆς, ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἢ τῆ ἐπὶ πλεῖστον παρῆλθ-

παρῆλυθα. Dicit Braſidas ſe veniſſe in Thraciam, vt liberaret Græcos, non vt eis aliquid mali crearet. Hic παρὰ ſignificat ad. Iulianus, ἔχεις φίλος παρὰ φίλον.

κὴ μονὸς διεσπάδην) i. niſi quod non ſum diſcerptus ab eis, cætera paſſus ſum omnia: nihil aliud in me prætermiſerunt ad ſummam iniuriam. Sic apud Thucydidem ὀσονὸ, ὀσονότπω, mox, αὐτίκα δὴ μάλα. Athenæus, μονονχὶ γὰρ κὴ τὰς νηρηΐδας ὀφωνήκει. De lautis obſonatoribus dici ſolitum, ipſas nereides obſonati ſunt. Lib. vi.

Dem. ὁ μὲ δὴ παρὼν κομῳδὸς λέγει, μονονχὶ φωνὴν ἀφεὶς, ὅτι τῆς πραγμάτων ὑμῖν ἀκείνων αὐτὸς αἰτιὸς εἰμι δεῖ. γλυκύτης eſt Hermogeni, quum rebus inanimis ſermo vel ſenſus tribuitur. Et eſt ὀργανοπαθὴς τις. Olynth. 1.

Porro τὸ μονονχὶ φωνὴν ἀφεὶς, eſt apud eundem βραχεῖα ἐκβολὴ, quæ mollit τὴν αὐθάδειαν τῆ διανοίας. Præſens, inquit, occaſio clamat, tantum non voce miſſa, res illas vobis eſſe ipſis capeſſendas. Xenocrates, ὅτι δεῖ ὀπτικῶς διαγόντας, ὀλυθμίως μονονχὶ παιανίζοντας, εἰς τὸ χρεὼν ἀπίναι. Non enim Platonis eſt dialogus ille, ſed nothus habetur. Eſt autem de contẽptione mortis. τὸ χρεὼν, fatũ. Pauſanias, τὸ χρεὼν ἐπίλαβε, ſupremus dies corripuit. Oportet, inquit, quum moderatè vixeris, hilariter tantum non canentem io pœan, ad naturæ neceſſitatem abire: vt cygni cum cantu & voluptate moriuntur. Erat autem duplex pœan, quem Marti canebant ante prælium, & quem Apollini poſt victoriam. Suetonius, *Sed increbreſcente rumore, quaſi ad occaſionem maiorum ſpei commorarentur, tantum non aduerſis tempeſtatibus Rhodum enauigauit, amœnitate &* in methodo διεύτυπτε. Axiocho. Tiberio.

salubritate insulæ iam inde captus, quum ad eam ab Armenia rediens appulisset, Dem. τὰ τίνων ζητεῖτε ὦ ἄνδρες, εἰθ' ὧν φίλιππος ἐξαμαρτάνει, μισοῦλε, καὶ τοῖς παρ' ἐκείνου μισθοφόροις διαπαίσασθαι παραβαλεῖλε, & tanquam canibus, mercenarijs eius dilacerandum obijciatis. διαπαίσασθαι propriè diuelli, distrahi: σπᾶν trahere vellere.

Philip. iv.

ὀλίγοις μικροῖς λήμμασι) parua mercede vel lucro. λῆμμα a bribe, or fee. παρὰ τὸ λαμβάνειν, quod est κατ' ἐξοχὴν καὶ ἰδίως, ἐλωφδοκεῖν. Paulus, ἀνήχθη γὰρ εἴ τις ὑμᾶς καταδυλοῖ, εἴ τις κατεσθίει, εἴ τις λαμβάνει, fuerunt enim prædicatores, qui non solùm pretium à Corinthijs prædicationis acciperent, sed etiam παραδύλους eis ἐποίουν, ipsos exederent. ipse autem gratis prædicauit, ἀδολέσχουν δὲ μόνος τὸ εὐαγγέλιον, vt gloriatur. Dem. ὅλος ὅλος ἦν ἐφ' τῷ λήμματι. tam penitus lucro fuit intentus. Varro, *lucrum à luendo, si amplius exsolueris, quàm quanti esset ceptum,* à mancipe scilicet. Mancipes enim & redemptores conducebant opera publica atque etiam priuata faciunda, quos Græci vocant ἐργολάβους. quod si Censor qui locauerat, plus pacto daret, in lucro putabatur. Sic emendamus & interpretamur, vnavocula traiecta, Varronis locum à Scaligero prætermissum, *Lucrum est amplius solutum, quam quanti esset ceptum,* id est conductum. Nam & manceps à capiendo dicitur, quod est ἐργολαβεῖν. Augustinus, *Mammona apud Hebræos diuitiæ appellari dicuntur. Congruit & Punicum nomen. Nam lucrum Punice mammon dicitur.* Porrò Pœni sunt Phœnices de terra Canaan, & Augustino Punica lingua erat vernacula. Lucellum vocabatur,

ii. Cor. xi.

ἐφὶ παρατ. lib. iii.

lib. iv.

de sermone Domini in monte.

tur, id eſt, λημμάτιον, quod in prouincia milites capiebant beneficio Prætoris, maximè qui erant de cohorte Prætoria, quod Ioſephus Scaliger ex Cicerone nos docuit. Liberalis, inquit Philoſophus, verſatur περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν. μᾶλλον δ' ἐν τῇ δόσει cernitur. Sed vt illiberale eſt aliquando non dare: ſic ſordidum interdum accipere. Eidem Ariſtoteli λήμματα ſunt, maior & minor propoſitiones Syllogiſmi. Ethnic. iv.

μετὰ τῆς φυγοφόλων αἰσχύλω) cum eo quod ignominiæ nota vobis inuſta eſt, ſupra damnum quod accepiſtis, præter labores & pericula: dixit enim illos bellũ ſuſcepiſſe ἀδόξως καὶ δαπανηρῶς. Vltra pecuniæ iactnram & ſanguinis, ingens etiam dedecus ſuſcepiſtis. Dem. ὑπερίζοντας δὲ τῶν ἔργων αἰσχύλως φυγοφολισκάνειν ὑμῖν συμβαίνει. Dionyſius Hal. φάσκων ἐν τῇ πολιτείᾳ ταύτῃ τὸ δῆμον ἀκεισασμένους παρήνει, ἔτι φυγόντας τὸ πολίτευμα τῶν ἐκ καθεστηκότος, ἢ αἰσχύλως δι' αὐτὸ μεγάλην ὀφλόντας. Auctor fuit patribus conſul Valerius ſubuenire egentibus τῇ τῶν χρεῶν ἀποκοπῇ, nouis tabulis. nam neque nouum hoc inſtitutum eſſe, nec ipſis dedecori fore. quippe idem feciſſe ciuitates nobiliſſimas. ὄφλοντες ſunt iudicio damnati. pœnam enim debent ſiue ſit capitis, ſeu pecuniæ tantiſper dum exſoluerint. ὄφλημα γὰρ ὅτι τῶν κατακρίτων λέγεται, inquit Iulius Pollux, ὀφείλημα de pecunia credita. Quanquam apud Platonem in Legibus, μετὰ τὴν ὄφλησιν poſt damnationem eſt æſtimatio pœnæ, ὅτι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτίσαι. ſed ante æſtimationem pœna debetur, licet incerta. Cic. *quæ eſt igitur eius oratio, qua facit eum Plato* ἐκεὶ τῆς εἰ χρέωσις. lib. v.

